



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

Moure, Antonio Fernandes de

Coloniæ Agrippinæ

Pars Qvarta. In qua de peccato in communi, & singulari circa diuersos personarum status alphabeti ordine multæ, ac variæ quæstiones mouentur, & soluuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934

EXAMINIS
THEOLOGICÆ
MORALIS

PARS QUARTA.

*In qua de peccato in communi, & singulari circa diuersos
personarum status alphabeti ordine multa, ac va-
ria quaestiones mouentur, & soluntur.*

AD CALCEM DE OPERIBUS
MISERICORDIÆ.

CAPVT I.

De peccato in communi. §. 1.

- 1 Definitur peccatum mortale iuxta D. Augustinum.
- 2 Enuclatur definitio Augustini.
- 3 Traduntur peccati mortalis diuisiones.
- 4 Quot modis errarunt heretici circa traditiones.
- 5 Discrimen inter peccatum mortale & veniale.
- 6 Quod est peccatum ex genere suo mortale, quod veniale.
- 7 An remittantur à Deo peccata mortalia omnibus.
- 8 An alicui peccatori denegetur in hac vita auxilium, siue gratia addiuuans ad conuersionem.
- 9 Per quod medium remittuntur à Deo peccata mortalia.

- 10 An peccata semel dimissa, iterum peccatori impu-
tentur ad culpam.
- 11 An peccata semel dimissa iterum peccatori impu-
tentur ad pœnam.
- 12 Vtrum de lege ordinaria remittatur vnum pecca-
tum mortale sine alii demissis mortalibus.
- 13 Per quid remittitur peccatum veniale intra viam.
- 14 Per quid remittitur peccatum veniale extra
viam.
- 15 Quod est peccatum commissionis, & omissionis.
- 16 Vtrum contemptus sit peccatum mortale.
- 17 An ex multis peccatis venialibus fiat vnum pecca-
tum mortale.
- 18 Vnde excusatur opus à peccato mortali.

1 **Q**VÆSTIO. Antequam ad singula peccata veniamus,
quæro ex te de peccato in communi. Quid sit peccatum?
RESP. Suppono peccati nomen significare deui-
ationem à rectitudine debita operi faciendo. Ita D. Tho.
1. p. quest. 63. art. 1. Hæc autem deuiatio contingit, vel in
operibus naturæ, & tunc appellatur peccatum naturæ.
Ideo Philosophus 2. phys. appellat monstra (in quibus
deuiatum est à rectitudine animalis, vel alterius rei na-
turalis) peccata naturæ: vel contingit in operibus artifi-
cialibus, & tunc vocatur peccatum artis; vel contingit
in operibus voluntarijs, & tunc vocatur peccatum mor-
tale. Et ideo peccatum à D. August. lib. 2. de consens. E-
uang. appellatur transgressio legis, legis, inquam, vel na-
turæ, vel artis, vel rationis. Hoc igitur peccatum mor-
tale definitur à D. Aug. lib. 2. contra Faust. cap. 27. Dictum
aut factum, aut concupitum contra legem Dei æternæ,
approbat D. Tho. 1. 2. q. 71. & communiter Theologi &
Nau. prælud. 7. nu. 4. & Gloss. cap. ille rex. de pœn. dist. 3. Lex
autem æterna est diuina, & sūma ratio, cui debent dicta,
facta, & concupita nostra aptari & conformari Ita D.
Aug. 1. de liber. arb. c. 9 D. Tho. 2. 2. quest. 91. art. 1. Adeo
manifesta, & clara omnibus, vt naturæ dictatu, absque

alio magistro innotescat; mala prohibens, bona pro-
nens. Et ideo cum Regium vatem quidam intellegunt
Quis ostendet nobis bona? respondit Deo gratulans, *Im-
mense est super nos lumen dulcius tui Domine Psalm. 4.* Im-
quidquid est contra legem naturalem, est contra legem
æternam, ut docet D. Tho. 2.2. *quest. 91. art. vlt. de Causis
ibid.*

2 QVAEST. Obscura sane est descriptio proposita, enucleata
rioribus verbis mentem Augu. nam neq. occiso verbo *peccatum*
neq. contumelia, neque cogitatio materialiter sumpta, *peccatum*
sunt, quid igitur vult Aug. cum dicit, *peccatum est aut
aut factum, aut concupitum contra legem æternam?* R. S. 1.
Sensus est. Peccatum est voluntaria deviatio a lege æ-
terna, seu regula diuina in exequendo opere, vel dolo
vel in concupienda aliqua re. Ideo Tolst. *lib. 2. c. 1. 2. 3.*
finit peccatum, est recessus voluntarius à regula diuina.
Quod voluntarium intellexit Aug. in *ver. contra. Bellar.
Bellar. tom. 3. contra 2. lib. 1. de peccatis c. 1.*

3 QVAEST. Quot nominibus appellatur peccatum? R. S. 1.
Pluribus. Aliud enim appellatur mortale; aliud veniale.
Aliud appellatur mortale ex genere suo; aliud veniale
ex genere suo. Aliud appellatur commissionis, aliud omis-
sionis.

4 QVAEST. Dic in primis, quod modis errant hæretici.
Circa primam diuisionem, qua diuisisti peccatum in mortale
& veniale? R. S. 1. Pluribus. Wicleff asseruit omnia pec-
cata reproborum esse mortalia: omnia vero peccata præ-
destinatorum esse venialia, ac proinde prædestinatos
semper esse in gratia: reprobos semper esse in odio Dei.
Hunc errorem confutat Waldensis de *ser. 6. 118. Castr.
ver. peccatum hæres. vlt. oppositum definit Conc. Trid.
sess. 6. can. 17. Luther. dixit solum peccatum inidelicum
esse mortale reliqua vero omnia venialia. Confutat
errorem Castr. loco citato, & Vega lib. 4. supra Conc. Trid.
1. Veritas vero nostra est de fide definita in Conc. Trid.
sess. 6. can. 17.*

5 QVAEST. Quod est discrimen inter peccatum mortale &
veniale? R. S. 1. Torfit Doctorum omnium ingenia pro-
posita quæstio: atque nullus hactenus à priori, ut Logos
loquuntur, discrimen assignauit omnino certum. Op-
210

nones nō afferō, ne sim tēdio lectori. Duę sūt potissimę.
 Prima Scor. in 2. d. 21. q. 1. Gab. in 4. d. 16. q. 1. a. 1. not. 1. asse-
 rentium in hoc esse discrimen, quia peccatum mortale
 it contra præceptum: veniale contra consilium. Damnat
 hanc opinionem Veg. lib. 14. sup. Concil. Trid. cap. 12. & me-
 nito iure. Enim vero nubere opus est bonum, & tamen
 it contra consilium Pauli de non nubendo, 1. Cor. 7. *Quis
 non nubit melius facit.* Clarius discrimen est, quod appo-
 nunt Alen. 2. p. q. 106. memb. 1. Bonavent. in 2. d. 42. q. 1. 1.
 art. 1. Nimirum in eo consistere, quia mortale it contra
 præceptum: veniale vero præter præceptum, seu non se-
 cundum præceptum. A recta enim via possumus deuiari
 dupliciter, vel eundo contra, vt si eundum sit sursum,
 tendamus deorsum, vel eundo præter, seu non secun-
 dum viam, vt si eundum sit recta, tendamus oblique, vel
 distorte, circulariter. Ita sequitur Tolet. lib. 3. cap. 1. A po-
 steriori vero multæ assignantur rationes, hoc est ab ef-
 fectu orto ex mala causa. Nam appellatur mortale, quia
 priuat vita spiritali, hoc est, diuina gratia. *Qua de mor-
 te dixit Sapiens cap. 6. homo per malitiam occidit animam
 suam.* Appellatur autem veniale, quia facile inuenit ve-
 niam à Deo concessam.

6 QVÆST. *Quod est peccatum ex genere suo mortale? quod
 veniale?* RESP. Peccatum ex genere suo mortale est, quod
 intra eandem malitiæ speciem accrescit ad mortale abs-
 que alia extrinseca circumstantia, seu malitia adueniēte.
verbi gratia, furtum intra eandem furti speciem, crescit
 ad mortalem quantitatem. Veniale ex genere suo est, quod
 intra eandem speciem accrescens, quantumcunq; ac-
 crescit, non peruenit ad mortale, sed indiget externa ma-
 litia adueniente. Tale est mendacium iocosum: verbum
 otiosum, & similia.

7 QVÆST. *Remittuntur in hac vita peccata mortalia?*
 RESP. Multipliciter errarūt heretici in hoc puncto. Nam
 Catari, & Cataphrighi dixerunt peccata Christianorum
 esse irremissibilia. Huius erroris meminerunt Epiphani-
 us. *heres. 59.* D. Hieronym. *libro 2. cont. Iouin. & epist. 50. 54. 61.*
 August. *de ver. & fals. poen. cap. 3. & de agon. chris. cap. 3.* Cy-
 prian. *cap. 52.* Athanas. *orat. de pec. in Spiritum Sanctum,* qui
 illum tribuit Origeni. Fundamentum huius erroris sum-

primum est ex Paulo 6. ad Hebr. *Impossibile est eos, qui semel
 luminati sunt, & cap. 10. Non relinquitur hostia pro peccato*
 Tertullianus dixit peccata semel commissa post peni-
 tum dimitti, non tamen si iterum committantur. Et
 de eo affirmant D. Hieronym. *lib. de scrip. Eccl. l. 1. v. 12.*
 Lyrensis. *lib. contra nouitates. Nicephor. libro. 4. l. 12. & 34.*
 Nouatus dixit aliqua grauissima peccata non
 remitti, quale est apostasia a fide. Negare CHRISTUM
 in tormentis. Ita Euseb. *lib. 6. hist. cap. 31.* Rufin. *cap. 1.*
 Nicephor. *lib. 6. cap. 3.* testantur. Dico tamen peccata
 Tam in statu naturæ, quam in statu legis scriptæ peccata
 mortalia à Deo dimittebantur. Est de fide. Ita de
 modo *Sap. 10.* reprehenditur Cain, quod veniam desep-
 rit. *Genes. 4.* De statu legis scriptæ. *Isai. 51. Derelinquit
 impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & con-
 uertatur ad Dominum, & miseretur eius, & ad Dominum
 confitemur, quoniam multus est ad ignoscendum.* Dico secun-
 dum. In lege gratiæ dimittuntur à Deo peccata
 Christianorum. Est veritas definita in Concil. Mileuitano
 & Araucano. in Nicen. *can. 8.* in Trident. *sess. 6. cap. 4.*
 & *can. 19.* & *tota sess. 14.* Dico tertium. Verbum D. Pauli
*Hebr. 6. & 10. Impossibile est eos, qui semel. Non relinquitur
 hostia pro peccato, &c.* Idem est atque difficultissimum.
 Hierony. *cont. Iovinian. lib. 2.* De Anselm. *cap. 6. ad
 Conc. Colon. tit. de pœn.* Hanc autem difficultatem non
 intelligunt dicti Patres circa atrociora peccata. Dico quar-
 tum. Verus sensus Pauli est, de secundo baptizatus,
 quod quidem semel susceptum impossibile est iterum
 suscipi ad delendum peccata. Ita D. Chrylost. *D. b. 1. & alij
 ibid.* D. Aug. & Athan. *cit.* D. Ambros. *lib. 2. de pœn.
 cap. 2.* Iust. Mar. *ad gentes quest. 97.* Dico quintum. Non
 semel tantum, sed quoties homo peccat, & ad Deum con-
 uertitur, toties ab eo consequitur veniam peccatorum
 mortalium. Est de fide, *Matth. 18. Non dico tibi septuagies
 septies.* Ita D. Hieron. *ibid.* Hilar. *can. 1. Cl. 1. in
 hom. 62. in Matth. & 2. in Psal. 50. & hom. 24. & 4. ad
 pop. Damasc. lib. 2. parares. cap. 86.* Nicephor. *lib. 4. de
 capit. 23.* optima sunt verba Terrull. *c. 8. de pœn.* Nemo de-
 terior fiat, eo quod Deus bonus sit, toties remittens, quoties
 delinquimus. Dico sextum. Nullum est peccatum, quod non
 possit remitti.

peccatum, cuius à Deo venia obtineri non possit. Constat fuisse peccata hæresis remis. *Apoc. 3. & 2. ad Tim. 2.* & ideo quiuis peccator est ad pœnitentiam recipiendus ex Conc. Niffen *can. 8.* & alijs quæ refert Euseb. *lib. 5. hist. cap. 3. & lib. 6. capit. 32.* Hinc fit, vt loca *Matth. 12. & Marc. 3. vbi blasphemia in spiritum Sanctum dicitur non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Similiter. *1. Ioan. 5. vbi appellatur certum peccatum ad mortem, intelligenda sunt de difficultate consequendæ veniæ.* Ita Vega *lib. 13. in Trid. Chrysoft. hom. 42. in Matth. D. Tho. 3. q. 68. art. 1. D. Ambros. lib. 1. de pœn. cap. 3. & 9.* Nisi velimus interpretari locum D. Ioan. de impœnitentia finali, in qua quis moritur, vt significauit D. Aug. *lib. de cor. & gratia. cap. 12.* & Beda ad eum locum. Cassianus *epist. 3. Gregor. 16. moral. cap. 28. in sinuat D. Hieron. cap. 14. Ierem. in illa verb. Noli orare pro populo isto.*

8 QVÆST. *Suntne aliqui, vel fuere peccatores, qui in hac vita non possint ad Deum verè conuerti, vt ab eo obtineant veniam?* R E S P. Senferunt de insignibus peccatoribus Henric. *quodl. 8. qu. 1. Abulen. c. 4. Exod. qu. 12. & Deut. 2. qu. 10. Medin. lib. 3. de fide cap. 1. Cathar. de prad. & repr. Rosens. ar. 36. contra Lutherum. Ruard. art. 7.* Sensus vero eorum est Deum in pœnam talium peccatorum illis denegare gratiam sufficientem ad se conuertendum vere, vt possint veniam consequi. Probari videtur hæc opinio *Eccles. 7. vbi Deus dicitur peccatores certos despiciere. Psalm. 8. dimittere. Hierem. 51. derelinquere, similiter loquuntur Isidor. lib. 2. de sum. bon. ca. 15. Euseb. lib. 8. demonstr. cap. 2. Greg. 11. moral. cap. 5. & 31. capit. 11. Bern. de fallacia sac. D. August. c. 14. de gratia. Oppositum tamen asseruerunt D. Thom. 1. 2. quest. 85. Alenf. 4. p. quasi. 13. mem. 4. art. 2. & q. 14. mem. 5. art. 2. Alrifi. lib. 3. tract. 2. c. 1. qu. 1. & lib. 4. tract. 6. capit. 1. quest. ult. Medin. tract. 1. quest. 11. de pen. Sor. in 4. d. 15. 1. quest. 1. artic. 1. Perr. Sor. lect. 5. de pœn. Vega. lib. 13. in Trid. cap. 12. & 13. Dried. de captiuit. tract. 5. cap. 3. Ruard. loc. cit. Probatum ex vocatione generali *Matth. 11. venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* De durioribus peccatoribus dicit scriptura. *Sapient. 11 & 12. Dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam hoc est, expectat patienter, suppeditando gratiam**

sufficientem ad conuersionem, pro hoc solo hoc modo
 re conuertantur. Ita exposuit D. Perr. 2. can. 3. v. l. hinc
 nes quantumuis prauos ad pœnitendum prouocet. Et
 ideo D. Paul. rotam impœnitentiam, & duritiam repro-
 in nos ad Roman. 2. Tu autem secundum duritiam tuam
 impœnitens cor. vt declaret duritiam, & impœnitentiam
 quamcumque non defectui diuini sufficientis
 sed prauo libertatis vsui esse tribuendam. Quod quia
 satis clare videtur Deus ipse testari. Osee 13. *Foras
 ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Et hinc
 communis Theologorum sententia, & locutio, cum
 dicendum nemini a Deo denegari sufficientem gratiam
 quantumcunq; peccatori non ponenti eidem gratiam
 bicem, qua possit ad Deum conuerti. Loca vero scriptura
 adducta pro contraria opinione intelliguntur de
 particularibus, quæ Deus in criminum pœnam
 peccatori, denegat, prouidet. n. ralem peccatorem, in
 clementia abusurū non cooperando, & ideo eā denega-
 ne maior i dignus fiat animaduersione, vt recte dicitur
 Suar. d. de effectu pœn. circa remis. mortal. peccat. Sect. 2. n. 1.
 9 **QVAEST.** Per quod medium remittuntur a Deo peccata
 mortalia: **RESP.** Dico primum. Remittuntur per actum
 dilectionis Dei super omnia. Ita Per. Sor. lect. 5. de pœn. Ca-
 iet. 1. 2. qu. 87. art. 3. Gregor. in 1. d. 17. Adrian. quodlib. 1. q. 1.
 D. Bern. epist. 170. D. Greg. hom. 33. in Euang. D. Aug. in
 uitat. c. vlt. Nau. c. 1. nu. 1. Probat ex 1. Ioann. 4. *Qui
 qui diligit, ex Deo est.* Nam talis actus dilectionis Dei
 per omnia, est perfecta conuersio peccatoris ad Deum
 ergo conuertet Deum etiam ad peccatorem, iuxta
 promissionem Zac. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar
 ad vos.* Dico secundum. Remittuntur per actum dilectionis
 detestantis peccatum super omne detestabile, cuius
 quod sit offensa Dei, quem summe diligere debemus.
 Ita omnes Theologi, & adeo hoc medium efficacius
 veniam consequendam, putarunt aliqui, vt existimant
 necessariū, ita vt possit homo habere actum dilectionis
 Dei super omnia, & manere in peccato mortali, nisi de-
 leat de eo presenti, & actuali dolore. Ita Cano. *rebat. de
 pœn. p. 3.* Quod quidem verum est, cum ita diligens reco-
 datur peccati commissi (si cum tali recordatione exerceat
 in peccato

si possit actus talis dilectionis, quod negat Pet. Sor. *lect.* 4. & 5. de pœn.) Cum vero ex obliuione totali, vel ex naturali incogitantia, peccati non meminit, certum est, quod primo loco dixi, nimirum iustificari peccatorem per talem actum amoris. Ita D. Thom. 3. p. *quæst.* 87. *art.* 1. & Sor. in 4. d. 14. *quæst.* 1. *art.* 2. Cui etiam non assentior, cum dicit per actum martyrij pro Christo passi absque alia detestatione, & dolore peccati, licet martyr recordatur peccatorum, talia peccata dimitti. Ita Suarius illū impugnat *tom.* 3. in 3. p. *disp.* 29. *sect.* 2. & 3. Dico *tertium*. Remittuntur peccata mortalia in sacramento pœnitentiæ per attritionem cognitam talem: in reliquis per contritionem veram, vel attritionem existimatam a suscipiente contritionem. Hæc est manifesta ex generali doctrina in materia de sacramentis, tum in communi, tum in singulari, ut iam respondi suo loco.

10 QVAEST. Remittuntur ne peccata à Deo, ita ut nunquam deinceps peccatori deputentur ad culpam: RES P. Fuere hæretici, qui dixerunt, peccata cum dimittuntur, non omnino auelli, sed tegi, aut radi, & per commissum subsequens peccatum iterum repullulare, ac renasci, imputarique ad culpam, quemadmodum de operibus meritorijs asserunt Theologi, cum per peccatum mortificantur. Oppositum tamen definit Conc. Trident. *sess.* 5. 6. & 14. Fuerunt Catholici, qui dixerunt post dimissa peccata, subsequens commissum, ita pro ingratitude esse graue culpam, ut æquipolleat culpæ simul sumptæ omnium dimissorum: & in hoc sensu peccata dimissa, per subsequens peccatum iterum imputari, & puniri. Ita Hugo, *Viçt. de sacr. d.* 14. *cap.* 9. Magist. in 4. d. 22. *num.* 6. Medin. *de pœn tom.* 1. *quæst.* 8. Colligitur hæc opinio ex D. August. libro de baptis. *par. cap.* 12. & 13. & *serm.* 51. de verb. Domin. fundamentum est parabola à Christo Domino proposita de debito dimisso seruo. Matth. 18. *serue nequam omne debitum dimisi tibi*, & postea iuberetur detrudi in carcerē, donec reddat vsque ad nouissimum quadrantem. Veruntamen facilis est expositio parabolæ, quasi diceret, reliqua debita dimisi, & sunt dimissa. Veruntamen debitum denuo contractum nolo dimittere, sed exacte totum reddes. Ideo opposita sententia est certa apud omnes

alios cum D. Tho. in 4. d. 22. Gratian. cā. vlt. de pœna dicitur
vbi multa congerit Patrum testimonia, sumiturque etiam
Paulo ad Rom. 11. *Dona Dei sunt sine pœnitentia.* Circūstan-
tia vero ingratiitudinis, licet aliquantulum aggrauat, ut
notat D. Thom. non tamen adeo aggrauat, vt toti pœni-
denti malitiæ æquipollear, vt docet Suar. de pœn. disp. 1. q. 1.
reditu pecca. Sect. 3. & ideo, per se loquendo, neque est
necessitate confessionis.

II QVÆST. *Siquidem non deputantur ad culpam, vt
per subsequens peccatum deputentur ad pœnam:* R. 2. 2. 2.
nime quidem, claret ex Nau. 3. quia Deus non iudicat
bis in idipsum. Probatum ratione, quia pœnæ malum, vt
pœna, non potest infligi à iudice, nisi pro culpa: si ergo
culpa ablata est, & pro illa data iam pœna non rediret
culpa, nequit iterum redire pœna. Et hæc est communis
opinio.

12 QVÆST. *Quaro ulterius, virum remittatur
peccatum mortale non remissis alijs de lege ordinaria:* R. 2. 2. 2.
Minime. Imo est de fide, quod non possit de lege ordi-
naria remitti vnum mortale, quin remittantur omnia.
Ita Theologi cum Diu. Thom. 3. p. quæstion 86. artic. 1.
Ratio est, quia non potest remitti peccatum mortale,
quin peccator recipiatur in amicitiam Dei: non potest
vero recipi in amicitiam Dei, qui habet peccatum mor-
tale: ergo cum vnum remittitur, necesse est, vt omnia re-
mittantur. Deinde ille, cui remittitur peccatum mortale,
admittitur ad regnum cœlorum: non potest vero ad-
mitti, qui habet peccatum mortale: ergo cum vnum remit-
tur, alterum tolli necesse est. Ita argumentatur Innocen-
tius III. in cap. *Minores de baptis. m.* vt concluderet non potest
remitti, & tolli peccatum originale, non sublato, ac re-
messo actuali. Multa adducit Medin. de pœn. qua. 12. Dicit
de potentia ordinaria, quia de potentia absoluta, licet
neget Sot. in 4. d. 14. quæst. 1. artic. 3. Affirmat tamen
in 4. d. 14. quæst. 1. Gabr. quæst. 1. artic. 2. Medin. de pœn.
tract. 1. quæst. 7. Adrian. quæst. 4. de pœnit. quos refert, &
sequitur Suar. disp. de remissi. pec. Sect. 6. Illius fundamen-
tum est, quia de potentia absoluta potest Deus dimittere
peccatum, quin donet gratiam, & recipiat peccatorem
in suam amicitiam. Tunc vero fieret remissio peccati
impur-

imputationem, sed hoc longius persequi, alterius est considerationis.

13 QVAEST. Per quid remittitur peccatum veniale?

RESP. Multipliciter hac de re opinati sunt Theologi.

Durand in 4. d. 16. qu. 2. & d. 21. qu. 1. dixi veniale expelli per quemlibet actum contrarium, etiam naturalem, Verbi gratia, mendacium per actum naturalem voluntatis noventis deinceps mentiri. At vero Gabr. Maior. & reliqui Nominales, in super Scot. in 4. distin. 16. dixerunt veniale tolli per poenam assumptam: qui arbitrabantur per veniale peccatum non remanere in anima maculam culpae, sed reatum tantum ad poenam, & ideo poena satisfacta tolli tale peccatum, etiam in inferno. Dico primum. Ex peccato veniali remanet in anima non solum reatus ad poenam, sed maculam culpae. Ita Div. Thom. 12. qu. 88. artic. 1. & qu. 7. de malo. artic. 11. Dico secundum. Tolli peccatum veniale, non est satisfieri pro poena debita; sed est tolli maculam culpae. Ita D. Thom. loc. citat. Sot. in 4. d. 15. qu. 2. ar. 2. Ledes. 1. 4. qu. 28. ar. 1. Cordub. lib. 5. qu. 8. & 11. Dico tertium. Peccatum veniale non tollitur per actum mere naturalem. Ita D. Thom. 3. p. qu. 87. artic. 4. & 12. qu. 87. ar. 5. ad 3. qu. 7. de malo. artic. 10. & in 4. dist. 16. qu. ar. 1. qu. 2. ad 3. & ibi. Palud. qu. 1. artic. 1. Richard. artic. 5. qu. 2. & dist. 21. qu. 3. artic. 2. D. Bonau. artic. 1. qu. 1. Alens. 4. p. qu. 65. alias 15. memb. 3. §. 4. Sot. dist. 15. qu. 2. artic. 4. Abulens. qu. 71. in capit. 25. Mart. Richard. Vi ct. opusc. de diff. peccat. Per Sot. lect. 18. de poenit. Ratio sumitur ex scriptura, remissionem peccati venialis Deo tribuente. Ita Psal. 31. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, id est, dimisit ex gratia. Ita exposuit Paul. Rom. 4. peccatum vero etiam veniale. Ita Gloss. ordin. Similiter 1. Ioann. 1. Fidelis est, ut remittat nobis peccata nostra, id est, peccata, quae nos iusti committimus. Ita explicuit Conc. Milevita. cap. 6. 7. 8. Iusti autem non committunt peccata mortalia. Praeterea quotidie petimus, Dimitte nobis debita nostra, debita, inquam venialia. Ita exposuit Con. Trid. sess. 6. ca. 11. Deniq; can. cap. 2. dixit Ioan. Si quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, id est, intercessorem, qui oret. Peccaverit vero etiam venialiter, Ita Divus Augustinus. ibidem. tractatu primo. Dico quartum.

Ad

Ad consequendam remissionem peccati venialis requiritur, ut cui fit remissio, sit in gratia sanctificante. Ita tenent supra citati Auctores. Ratio est, quia ut tollatur peccatum veniale, requiritur proprius actus peccatoris, hic non purè naturalis, ut iam dixi, sed acceptabilis Deo in ordinem ad supernaturalem finem. At vero actus peccatoris, nihil habent valoris apud Deum pro dimissione culpæ: & ideo nunquam remittitur veniale peccatum, quin prius remittatur mortale. Dico *quintum*. Peccata venialia remittuntur per quemlibet actum bonum hominis iusti. Ita asserunt Scot. in 4. d. 21. *quæst.* 1. *Man.* *quæst.* 1. Gab. *ibidem* d. 16. *quæst.* 1. Me. *in* de *pœn.* tra. 7. *quæst.* 3. Atque habetur in Decret. de *pœn.* d. 3. *capit.* de *quæst.* ubi dicitur huiusmodi peccata tolli per orationem dominicam, Marianus Vict. de *confessi.* *capit.* 10. ait tollitur actus, quo iustus vult placere Deo. Suarius *disposit.* *missi.* *venial.* *sect.* 2. tolli per propositum non amplius committendi tale peccatum, excludendo complacentiam in eo. Unde apparet falsam esse opinionem Aleo. *quæst.* 15. *alias* 65. in 4. *artic.* 4. *quæst.* 27. *alias* 69. m. 3. *artic.* & Palud. in 4. *distinct.* 16. *quæst.* 2. *ar.* 2. affirmans esse necessariam contritionem ad remissionem in venialium. Ratio est, quia quicumque actus bonus hominis grati, est dignus maiori Dei amicitia: ad amicitiam vero maiorem pertinet remissio leuium offensarum. Dico *sextum*. Per quemlibet sacramentum remittuntur omnia peccata venialia ex opere operato, nisi suscipiens sacramenta actibus repugnet per actualem complacentiam eorum, vel committens alicuius. Si enim accedat sine actuali complacentia & cum voluntate recipiendi sacramentum, & illius effectum, venialium omnium recipit veniam ex opere operato sacramenti. Hanc latè probat Suar. 4. *tom.* de *remiss.* *venial.* *sect.* 3. ideo probatione superfedeo. Probatio est non remitti peccata venialia per aquam benedictam ex opere operato. Ita Suar. *loco citato*. Cum igitur aqua benedicta perfundimur, excitatur in nobis deuotionis effectus, & per hunc ex opere operantis veniale tollitur. Neque ad tollenda peccata instituta fuit hæc benedictio ad Alexand. l. ut habetur *capitul.* *Aquam.* de *pœnit.* d. 3. sed ad coercendos dæmones, ut notat Diu. Thom. in 4. *quæst.* 6. *quæst.*

6. *quest. 2. artic. 3. quest. 2. ad 4. & dist. 16. quest. artic. 2. quest.*

11. *QVÆST.* Suppono ut certum, posse animam iustam decedere ab hac vita in peccato veniali, ut ait D. Thom. in 4. dist. 2. *quest. 1. artic. 3.* quare per quid tollitur illa culpa, & macula, ut anima aduolat ad aulam cœlestem: nil enim coinquinatum intrabit in eum? *RĒSP.* Sor. in 4. d. 16. q. 2. artic. 2. quem sequitur Vasques 1. 2. d. 41. num. 3. ait tolli per actus bonos animæ in purgatorio existentis, colligitur ex Di. Gregor. *lib. 4. Dialog. capitul. 39.* & refertur *capit. Qualis.* in Decreto. d. 25. D. Hieron. *lib. 1. de diu. offic. ca. de sacrificijs.* Rich. *opusc. de diff. mort. & venial.* Dicendum nihilominus est, talia peccata tolli per actum dilectionis Dei super omnia, & contritionem veram, quam anima elicit in primo instanti separationis à corpore: Ita Doctores alij. Caiet. 1. p. *quest. 63. art. 5.* Molin. *ibid. art. 6. concl. 1.* D. Tho. in 4. d. 21. *qu. 7. de malo. art. 11.* Bonau. & Richard. in 4. d. 21. Adrian. *que. 4. de confessi.* atque quo ad hanc remissionem culpæ adhuc anima dici potest esse in via. Quoniã vero iam separata est à corpore, dicitur ab alijs Doctotibus obrinere veniam in purgatorio, latè sumpto vocabulo purgatorij.

15. *QVÆST.* Quod est peccatum commissionis, quod peccatum omissionis? *RĒSP.* Peccatum commissionis est culpa, quæ committitur transgrediendo præceptum negatiuum: peccatum vero omissionis est culpa, quæ committitur transgrediendo præceptum affirmatiuum. Ita cum communi Vasques 1. 2. *disp. 92. num. 1. disp. 93. nu. 13.*

16. *QVÆST.* Estne contemptus præcepti, siue diuini, siue humani, siue præcepti grauis, siue leuis semper peccatum mortale? *RĒSP.* Maxime. Ita cum communi Caietan. 2. 2. *quest. 104. 105. & 106. & opus. 24. qu. 21.* Nauar. *cap. 23. numer. 25.* committitur autem contemptus, cum aliquis non vult obedire, & subijci, ut ipsi præcepto, vel præcipienti non obediat. Ita D. Thom. 2. 2. *quest. 186. art. 4. ad 3.* Caiet. 2. 2. *quest. 104. art. 2.* Nau. *ca. 23. nu. 40.*

17. *QVÆST.* Ex multis peccatis venialibus fit vnum mortale? *RĒSP.* Ita vulgo iactatur ait enim rudis multitudo ex solo præciso numero septenario peccatorum venialium fieri peccatum mortale: & sic de septem in septem

septem peccatis venialibus memorant mortalia, et
ita videtur loqui Glossa cap. Tres sunt autem de parat. 1.
1. Oppositum tamen est dicendum cum communiter
tenet Caietas. 2. 2. qu. 10. ar. 2. & Vega. li. 14. in Tri. 1.
11. Viuald. de Euchar. tit. de prepar. nu. 1.
18. QVÆST. Unde excusatur opus à peccato mortali
In primis ex defectu deliberationis pleni iudicij. In
Thom. 2. 2. quæstion. 154. art. 3. Navar. capit. 16. num. 11. De
inde ex inaduertentia naturali ad effectum operis
cidit enim, vt quis cogitet rem turpem, & delectetur
tali cogitatione, & non aduertat se talia cogitare. In
Thom. 1. 2. quæst. 74. art. 6. ad 3. & communis. Secundo
ex leuitate rei præceptæ. Tertio ex paruitate materia
iuxta omnes.

CAPVT II.

De septem peccatis capitalibus. §. 1.

- 1 Quot sunt peccata mortalia capitalia.
- 2 Cur sola septem appellantur peccata mortalia capi-
talia.
- 3 An omnia sint peccata mortalia.

1 QVÆSTIO. Quot vulgo numerantur peccata mor-
talia? RESP. Septem. Sunt autem illa: Superbia, A-
uaritia, Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, Acedia.

2 QVÆST. Cur hæc sola appellantur mortalia capitalia?
RESP. Quoniam ab his, omnia mortalia oriuntur. In
D. Thom. 2. 2. qu. 16. ar. 8.

3 QVÆST. Suntne hæc septem omnia peccata mortalia
Minime, sed appellantur mortalia capitalia, quia radices
sunt multorum mortalium. Ita D. Thom. loco præcitato
D. Greg. 31. moral. quos refert, & sequitur Toloz. lib. 1. de
pec. mort. ca. 2. nu. 4. Nau. ca. 23. nu. 3.

De superbia primo capitali peccato
mortali. §. 2.

1 Quid est superbia.

- 2 Quis est proprius actus superbia.
- 3 Quando est superbia peccatum mortale.
- 4 Circa qua versatur superbia.
- 5 Quid est vana gloria.
- 6 Quod peccatum est vana gloria.
- 7 Quot sunt species vana gloria.
- 8 Quando peccat quis vanè gloriando.
- 9 De vana iactantia verborum.
- 10 Quod peccatum est facere opera sancta ob vanam gloriam.
- 11 Quid est inuentio nouitatum.
- 12 De hypocrisi.
- 13 De pertinacia.
- 14 De discordia.
- 15 De Contentione.
- 16 De inobedientia.
- 17 Decuriositate.
- 18 De ambitione.
- 19 De presumptione.

1 **Q**VAESTIO. Quid est superbia? **R**ESP. Est inordinatus amor propriae excellentiae, seu, ut ait Tol. li. de sep. pec. est appetitus celsitudinis peruerse voluntarius. Addiderim verbo celsitudinis, propriae. Ita D. Augu. 14. ciu. ca. 13. Dixi, inordinatus, quia amor ordinatus, propriae excellentiae seu appetitus propriae celsitudinis ordinate voluntarius, est actus bonus secundum se. Et ideo Nau. c. 23. n. 5. cum D. Tho. 2. 2. q. 162. ar. 2. diuidit superbiam in bonam, & in malam: nam appetere propriam excellentiam de re bona ob finem bonum iuxta propria merita, non est actus superbiae, sed modestiae, veluti excellentiam in scientia, in virtutibus, in viribus, in arte, supra alios. Ita Nau. ca. 23. nu. 5. cum D. Thom. 2. 2. qu. 162. ar. 6.

2 **Q**VAEST. Quis est proprius actus huius amoris, seu appetitus inordinati propriae excellentiae? **R**ESP. Est sua minora bona naturalia, vel supernaturalia preponere bonis naturalibus, vel supernaturalibus sui proximi. Ita Nau. cap. 23. nu. 6.

3 **Q**VAEST.

Q3VÆST. Quando est hic appetitus inordinatus propria excellentia peccatum mortale? **RE SP.** Dico primum. Quando habetur cum contemptu Dei, & tunc est maximum omnium peccatorum, ut ait Gloss. *Psalm. 1. 8.* & *S. Thom. loco proximo.* Cum autem non habetur cum Dei, sed legis contemptu, superbia quidem est, ut ait *Navarro loco proximo*, sed aliquando venialis. Nam sicut non propria excellentiam ex recta intentione, absque Dei memoria, est actus humilitatis, ita appetere excellentiam immeritam sine vlla actuali memoria Dei, est actus superbix. Excellit autem tunc quis cum contemptu Dei, quando, quod à Deo habet, existimat à se ipso habere, aut vult ab alijs, tanquã à se ipso bona habere, etiam si aut velle à se ipso bona sua habere, & non à Deo, ut dolet, quod talia bona à Deo; & non à se habeat. *Tolet. lib. de pec. cap. 4. num. 2.* Addit autem *Navarro num. 7.* cum quis existimat se bona habere à Deo, sed non gratis, at ex iustitia sibi debita, veluti precibus, ieiunia, preces, elemosynas, &c. Dico secundum. Quando habetur cum notabili contemptu proximi. Incommuniter Doctores cum *D. Thom. 2. 2. quest. 16.* illi autem notabiliter proximum contemnit, cum superbiendo contemnit sordidum proximi statum cogitatione, vel in opere, per contumeliam cum intentione vilipendi complacendo sibi de misera proximi fortuna, & ambitione.

4 QVÆST. Circa qua versatur appetitus propria excellentie? **RE SP.** Versatur circa famam, & humanas laudes, & tunc dicitur inanis, seu vana gloria: agit vero, de ea *D. Thom. 2. 2. quest. 132.* Versatur circa honores, dignitates, munia honorifica Reipublicæ, & tunc dicitur ambitio: agit vero de ea *D. Thom. 2. 2. qu. 131.* versatur circa progressum rerum, quæ proprias vires excedunt, & ostendendam animi, seu virium magnitudinem, & vocatur præsumptio: agit vero de ea *D. Thom. 2. 2. quest. 130.*

5 QVÆST. Quid est vana gloria? **RE SP.** Est appetitus gloriæ inordinatus. Gloria vero, est clara cum laude, & gloria. vane igitur gloriari, est inordinate appetere maiorem festationem propria excellentiæ cum laude immemoria

& indebita. Nem appetere hanc gloriam, non est ex se malum, sed indifferens: est autem malum, cum appetitur inordinate, sic Tolet. *libr. de pecc. capit. 6. in 4. Nau. ca. 23. nu. 10.*

6 QVÆST. Quod peccatum est vana gloria ex genere suo? RESP. Veniale tantum. Ita D. Tho. 2. 2. qua. 132. art. 3. Ratio est, quia per hoc vitium intra suos terminos contentum, non grauis Deo, aut proximo irrogatur offensa.

7 QVÆST. Quot sunt species vana gloria, quas appellant Doctores filias vana gloria? RESP. Septem. Scilicet, Iactantia, Inuentio nouitatum, Hypocrisis, Pertinacia, Discordia, Contentio, Inobedientia, Iactantia est declaratio inordinata propriæ excellentiæ per verba. Inuentio nouitatum, est manifestatio propriæ excellentiæ per facta vera. Hypocrisis, est manifestatio propriæ excellentiæ per facta ficta, & falsa. Pertinacia, est ostentatio inordinata proprii iudicij Discordia, est ostentatio inordinata propriæ voluntatis, contra voluntatem proximi. Contentio, est inordinata circa res dubias, vel certas altercatio. Inobedientia, est inordinata reuercntia mandati superioris. Ita Nau. ca. 23. nu. 11.

8 QVÆST. Dic quando peccat quis vanè gloriando? RESP. Quando gloriam, laudem, aut famam appetit de re aliqua, quæ est peccatum, proponitque se illam adepturum ex illo peccato. Deinde cum pro non amittenda fama, vel laude, proponit potius eligendum à se peccatum, vel de facto eligitur, tunc autem offensa erit grauis, aut leuis iuxta grauitatem, aut leuitatem dicti peccati ex quo fama eruitur, vel quod eligitur pro fama conseruanda.

9 QVÆST. De vana iactantia verborum quid sentis? Dico primum. Inanis iactantia de opere nunquam a iactante se facto, quod fere sine graui damno proximi & sine graui Dei irreuerentia fit, est tantum venialis culpa. Ita Nau. ca. Inter verba nu. 3. 9 Colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 132. art. 3. quamuis oppositū velit Abulen. ca. 6. Mast. quest. 3. fieret autem cum graui proximi damno, si quis iactaret peritissimum medicum, aut aduocatum, artis tamen medicæ, & iuris vtriusque inscius, si ob talem iactantiã decepti rudes ad illum irent, & detrimentū patirentur.

Medull. Casuum.

Ggg

rentur

rentur salutis, & iustitiæ. Ita Nau. ca. 23. nu. 17. Tota
 exp. 8. num. 4. cum obligatione restituendi iuxta collat
 Auctores. & c. final. de iniur. & damn. dato. Lo. Quoniam
 ff ad L. Aquil. Facta item est iactantia cum graui Deum
 uerentia a Rege Tyri, de quo Ezech. 28. testatur. *Es-
 tum est cor tuum, & dixisti, Ego sum Deus.* Et in his dicitur
 euentis iactantia est peccatum mortale. Addit veto
 li. 7. c. 8. n. 4. Est etiam culpa lethalis, quando quis se
 cum notabili proximi iniuria. Talis, ait, fuit iactans
 Pharisei, cum dixit. Luc. 18. *Non sum sicut ceteri homines
 raptores, adulteri, vel ut hic Publicanus.* Quod iactan-
 uerfione dignissimum iudico, propter frequentiam
 comparationum, quæ communiter fiunt. Ratio est, quia
 illa iactantia, est scandalum aliorum, graue quidem, cum
 est de peccato graui, leue, cum est de peccato leui. Im-
 per est mendacium, cum res se ita non habuit. Hoc enim
 intelligo, cum in tali iactantia non interuenit com-
 centia operis facti, vel voluntas tale opus facere. Si
 enim interuenit, est aliud peccatum præter scandalum
 & mendacium.

10 QVÆST. Quoniam reducitur ad iactantiam sunt
 opera sancta ad honorem, & cultum Dei, solummodo
 ta, principaliter ad laudem propriam, quare quale sit bonu-
 tum: RES P. Veniale Ita Nau. cap. 23. nu. 1. cum pluribus
 quos refert contra Abulens. cap. 3. Matth. qua. 3. & appo-
 verb. vana gloria.

11 QVÆST. Quid censet de inuentione nouitatis? RES P.
 Peccatum nouitatis committitur, cum aliquis intendit
 noua aliqua exhibere, vt laudem ab alijs comparat. Et
 autem hæc nouitas, non tantum in rebus, sed in verbis.
 Ex genere suo est tantum culpa venialis. Ita Toler. lib.
 7. capit. 13. Ideo nisi noua inuentio rerum nouarum
 unde vitietur, semper cum est culpa, est tantum veniale.
 Ita Nauar. ca. 23. nu. 17.

12 QVÆST. Quid dicit de hypocrisis? RES P. Hypocrisis
 est simulatio virtutis, quam quis non habet. Duplex
 hypocrisis: vna, qua quis intus vult esse malus, sed vult
 apparere alijs bonus: alia, qua quis vult externe apparere
 virtuosus, cum non sit, vt deditus orationi, misericors
 peribus proclius. Dico primum. Hypocrisis semper est
 peccatum

peccatum. Ita Caietan, 2. 2. *quæst.* 3. Toletan. *libr.* 7. *capit.* 9. Ratio est, quia semper est mendacium perniciosum. Dico *secundum*. Hypocrisis, qua quis vult intus esse malus, foris tamen tantum apparere bonus, est peccatum mortale. Ita Toletan. *libr.* 7. *capit.* 7. Hypocrisis, qua quis facit aliqua opera sancta, ut alij arbitrentur illum habere sanctitatem, quam non habet, est solum peccatum veniale. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 4. D. Bonauen. *in* 3. d. 38. *Syl. hypocrisis*. loco proximo.

13 *QVÆST* *Quid censes de pertinacia?* R. E. S. P. Pertinacia est firma animi adhaesio alicui opinioni contra sententiam aliorum, & ex eo quod quis velit se ostendere doctiorem, contra argumentorum probabilitatem. Est autem graue peccatum mortale, cum habetur contra Dei honorem notabilem, vel notabile proximi detrimentum: erit vero contra Dei honorem notabilem in rebus fidei: in rebus mortalibus. Contra proximi notabile detrimentum, in rebus medicinae, & in materia legum circa penas, vel restitutionem. In alijs est tantum ventale peccatum. Sic Tolet. *lib.* 7. *ca.* 11.

14 *QVÆST* *Quid censes de discordia?* R. E. S. P. Discordia est voluntatum contrarietas. Idemq; est discordia, atque diuersitas cordis. Est peccatum mortale cum habetur in graue proximi detrimentum, vel grauem Dei irreuerentiam. Aliter, aut est tantum peccatum veniale, aut nullum. Ita cum D. Tho. 2. 2. *quæst.* 37. Nau. & Tol. loco citato.

15 *QVÆST* *Quid censes de contentione?* R. E. S. P. Contentio est pugna verbis, vel scriptis exercita contra veritatem perspicuam. Dico igitur primum, Cum veritas impugnetur animo disputandi solum, & ut veritas clarior illucescat, nullum est peccatum talis contentio. Et ita contenditur in scholis. Nisi lege aliqua prohibitum sit, ne talis veritas in disceptationem afferatur, ut a Pio V. interdictum est, ne de originali peccato B. Virginis pro, vel contra disputetur. Dico secundum, impugnare veritatem perspicuam animo impugnandi & contrahendi, est peccatum graue, aut leue, iuxta veritatis grauitatem, aut leuitatem in Dei, proximive dedecus, & detrimentum. Dico tertium, Idem dicendum est de oppugnatione veritatis ex errore habitæ pro falsitate, quæ quis propter animi

prauam affectionem, non vult deponere. Sic peccat grauius hæretici, Turcæ, Mauri, Iudæi, Gentiles, qui licili negotio veritatis lucem videre poterant, sed a veritate auditum auertunt, *ad fabulas autem conuertuntur*. loquitur D. Paulus cum Timoth.

16 QVÆST. *Quid censet de inobedientia?* R. S. P. Inobedientia est transgressio præcepti, quia præcipitur. Vnde obedientia est impletio præcepti, quia præcipitur, et contra inobedientia est transgressio præcepti, quia præcipitur. Ita Nau. ca. 25. nu. 15. Tolet. li. 7. ca. 14. ex D. Thom. 2. qu. 104. ar. 2. Est autem hæc inobedientia semper peccatum mortale. Ita Nau. & Caiet. 2. 2. qu. 104. ar. 2.

17 QVÆST. *Quid censet de curiositate?* R. S. P. Curiositas sciendi inordinata, Ita D. Thom. 2. 2. qu. 169. Anton. 2. p. titul. 7. §. 2. Scientia autem intelligitur cum per sensus externos. Ita Nauar. capit. 23. numer. 23. Tolet. libro 7. capit. 12. Ad minimum semper est peccatum mortale. capit. Nonne. 37. distin. Contingit autem esse mortale cum ex tali curiosa, & nimia scientia oritur damnum proximi graue, qualis esset curiositas sciendi clam, & in insidijs alterius secretum domesticum, scilicet, modum gubernandi domum, modum agendi in toto cum coniuge, vel quid simile, quod quisque soli Deo notum relinquit. Talis esset maiori cum ratione curiositas sciendi in peccata, vel applicando aures ad illius confessionem, vel ex occulto loco ingressum, egressumve vicinam veniat, vel quo tendat, absque vlla alia causa contentando. Contingit deinde ratione damni proprii, cum sciret, ratione talis curiositatis exponitur quis peccandi. Talis esset curiositas eius, qui curiose conuulplaretur animalia coëuntia, si se veneri deditum occuparet. Item ille, qui curiose intrueretur nudas corpora matres foeminarum pulchrarum præcipue: quæ naturam protocant ad libidinem: qui enim amat periculum perit in illo. Talis esset curiositas, qua quis Theologia pergrus, vellet scire res difficillimas fidei, cum notabili periculo dubitandi de rebus certissimis. Notat grauius Tolet. cap. 12. Contingit tertio ex parte modi, vt cum quis vult scire per dæmonem, vel illius ministrum.

18 QVÆST. *Quid sentis de ambitione?* R. S. P. Est appetitio

fitus inordinatus honorum, & dignitatum: ex genere suo tantum est veniale peccatum: ex circumstantia externa fit mortale, vt cum appetitur officium in Republica ad flamma: ad profusam licentiam peccandi, vel quid simile. Ita Nau. ca. 23. nu. 55. Tolet lib. 7. ca. 23.

19 QVÆST. *Quid censes de presumptione?* R E S P. Est appetitus ostendendi se grandem, per opera grandia supra suum posse. Cum enim homo quisque vult dicere, aut facere supra id, quod potest, dicitur præsumptuosus. Peccat mortaliter in hac præsumptione, qui præsumit cum periculo notabilis damni aliorum, siue corporalis, siue spiritualis, vt qui ignarus artis medicæ, vel iuris, ægrotos susciperet curandos, causas susciperet patrocinandas, vel qui ignarus casuum conscientia se exponeret ad audiendas confessiones; vel ignarus formæ sacramentorum, sacramenta ministraret: imo ignarus ceremoniarum Ecclesiæ grauium circa sacramenta: arbitrator enim earum præceptum obligare ad mortale: ignarus Theologiæ concionaretur de rebus fidei difficilibus, cum periculo errandi in docendo populum. Peccat mortaliter, qui præsumit cum periculo proprii grauis damni, tum corporalis, tum spiritualis: vt cum quis immodicum pondus vult sustinere: equum ferocem ascendit, & scalam præaltam ascendit, & similia facit suas vires excedentia. Item, qui se agnoscit procliuem ad venerea, præsumit solus habitare cum sola fœmina, est enim sic præsumere, Deum tentare. Sic Nauar. & Toletan. locis citatis. Diu. Thom. quodlib. 8. articul. 13. Diu. Anton. 2. p. titul. 3. capitul. 6. §. 5. Caietan. verb. peric. peccandi.

De Auaritia.

§. 3.

I *Quid est auaritia.*

1 QVÆSTIO. *Quid est auaritia?* R E S P. Est inordinatus diuitiarum amor, seu amor immoderatus habendi. Sic Tolet. lib. 7. ca. 27. Dixi, inordinatus, seu immodicus amor: nam si amor est ordinatus ad iustum, & sanctum finem, non est peccatum. Ita Aug. ho. 13.

Ggg 3 de temp.

de temp. ex illo Apostoli: Qui volunt diuites fieri, nocent dicit, qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri, conditates accusauit, non facultates. Vermis diuitiarum perbia est, tolle superbia, diuitia non nocent. Inuatio autē in optandis diuitijs, nisi coniuncta sit castitas retinendi, vel auferendi alienum inuio domus vel cum duritia non subueniendi extremā, aut gratia vel suorum, vel proximorum necessitati, solum est peccatum veniale. Ita communiter Doctores, quos sequitur Theophrastus. 7. ca. 25. Dixi, sua, & suorum necessitati, quia, ut ait Doctor, auaritia non solum est ad alterum, sed delictum sum. Quam veritatem aduertit Lysimachus. Num. 11. Nam filij Israel pecoribus abundarent, sic enim de ijs facturus. Num. 32. filij Ruben, & Gad, habebant pecora multum. Men carnibus saturari optabant, dicendo Num. 32. Dabit nobis ad vescendum carnes. Poterant, inquit, Lysimachus pecoribus habere carnes, sed propter auaritiam optabant suis animalibus.

De luxuria. §. 4.

- 1 Quid significet nomen luxuria.
- 2 Quot sunt luxuria species.
- 3 De pollutione.
- 4 De osculis, & amplexibus.
- 5 De delectatione morosa.
- 6 De vidua cogitante de actu prateriti coniugis, & coniuę absente, cogitante de actu cum propria coniuę.
- 7 De verbis, canticis, & gestibus impudicis.

QVAESTIO. Quid significet hoc nomen Luxuria. Luxuria, seu luxuries, significat aliquando habitum conuiuiorum, & vestitus mollitudinem. Ita ait Tull. 1. offic. Luxuria cum omni astate turpis, tum foedissima est. Significat etiam vbertatem herbarum, & arborum ex glebæ pinguedine, terrarumque fertilitate. Ita apud Virg. 1. Georgic.

Luxuriam segetum tenera depascit in herba.
Significat lasciuia animalium, qua tripudiant pecora

propter alimenti abundantiam Ita apud Ouid. i. *Fastor.*
Ludit & in pravis, luxuriaq; pecus.

Hic tamen sumitur pro appetitu, seu actu libidinosæ voluptatis humanæ, quem veteres appellabant fornicationem à loco, vbi quondam exercebatur, nempe in fornicibus, seu concameratis domibus, vbi se meretrices prostituiebant.

2. *QVÆST. Quor sunt Luxuria Species?* R E S P. Septem. Prima est simplex fornicatio, id est, carnalis copula soluta cum soluta. Quæ quidem peccatum est mortale ad Ephes. 5. *omnis fornicator non habet hereditatē in regno Christi.* Ita definitur in *Clem. Ad nostrum. de heredit.* Estq; peccatum ipso naturæ ductu cognitum, quia id contra finem ab Auctore naturæ in concubitu humano ordinatū, nimirum bonæ proles educationem, quæ quidē haberi nequit, vbi datur incertus pater, qualis est extra matrimonium. Ita D. Tho. in 4. d. 35. ar. 1. & 3. con. gen. ca. 122. & 2. 2. qu. 154. ar. 2. Argent. in 4. d. 26. art. 2. qu. 1. Punitur acerrime ille, qui temere oppositum asserit tanquam iuri naturali contrarius. Quoniā vero hoc principiū non est ex primis naturæ, sed ex secundis, vt loquuntur Theologi, ideo non est mirū, si à rudi, hebeti, obtusoq; aliquo ingenio ignoreretur. Ita Sor. d. 26. qu. 1. concl. 3. notat Tol. li. 5. ca. 10. nu. 7. & 8. Ad hanc speciem reducitur cōcubinatus, qui est status fornicationis continuatæ cum eadē meretrice. De quo statu agit Con. Trid. ses. 24. c. 8. circa ordinē concubinarios puniendi. Secunda species est stuprum, id est, copula prima cū virgine fœmina, fœmina, dixi, non mare, quia viri defloratio non facit speciem luxuriæ, vt aduertit Tol. li. 5. ca. 10. Ita loquitur communis sententia, quæ tribuitur D. Tho. 2. 2. qu. 154. art. 7. Hanc tamen cōmunem doctrinam negat Sor. d. 18. qu. 2. ar. 5. aitq; hanc circumstantiam non mutare speciē simplicis fornicationis (quanquam, inquit, si interueniat alia malitia, sc. iniustitiæ, vel fraudis, sit aliud peccatum nouæ speciei) ita tamen aggrauare speciem, si in actum externū prodeat, vt sit de necessitate confessionis. Illi adhæret Suarius *disput. de integ. confess. sect. 4.* etiam quo ad actum externum, quam quo ad actum internum, quia iuxta D. Anton. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 6. tota malitia actus externi, emanat à malitia

actus interni. De utroque igitur actu, inquit rarus Doctor, probabilissimum cenſeo, per ſe loquendo ſeculſis extrinſecis occaſionibus, vel damnis, non obligandos pœnitentes ad hanc circumſtantiam in confeſſione aperiendam: neque confeſſores debere eſſe licitos in illa interroganda, quia ſæpe eſt res difficilis & periculosa, & cum ad minimum ſit valde dubia huic ſe conformare opinioni. Hæc meus Magiſter, cuius verbis clarè elucet aperiendam eſſe talem circumſtantiam, quando nulla eſt difficultas in ea detegenda, neque, periculum vllum occultandi eam, ſi interrogatus quia cum res ſit dubia, & non detur cauſa incerta, via incerta, certa eſt procedendum. Igitur ſemper in ro eſt detegenda, & de ea ſemper vir eſt interrogatus iuxta communem opinionem, quæ in viro locum tenet. Tertia ſpecies eſt adulteriũ, id eſt, copula cum vxore vel vxorato. Si vero habetur inter duos vxoratos, adulterium committitur adulteriũ. Quarta ſpecies eſt inceſtus, id eſt, copula cum conſanguinea, vel affine. Quinta ſpecies eſt raptus, id eſt, copula habita cum virgine inuita, & inuente: ſeu inuita à domo parentum, huc cuſi ſcandalo ducta. Sexta ſpecies eſt ſacrilegium, id eſt, copula habita cum perſona votum caſtitaſis habente. Septima ſpecies eſt copula contra naturam. Exercetur autem inter duos mares, vel inter marem, & fœminam extra vas naturale, vel inter hominem, & beſtiam.

3 QVÆST. Quid cenſes de effuſione ſeminis humani extra copulam in vaſe fœmineo? RES P. Dico primum. Voluntaria ſeminis humani effuſio extra vas naturale, eſt peccatum contra naturam, quod molliſtiam appellat Doctores, iuxta D. Paulum. Cor. 6. Molles regnum Dei non videbunt. Appellant etiã pollutionem. Dico ſecundum. Procurare, vt eueniat pollutio, ſiue in vigilia, ſiue in ſomno, quocunq; bono fine procuretur, ſemper eſt peccatum mortale. ſic Tol. li. 5. ca. 13. Dico tertium. Optare, vt eueniat pollutio abſq; vlla procuracione, & conſenſu in curia delectationem eius, ſiue in ſomno, ſiue in vigilia propter aliquè bonum finè, veluti propter corporis ſanitaſem, vel ad ſopiendas carnis tentationes, vel quid ſimile, nullum eſt peccatum. Ita Nauar. c. 16. n. 6. Tol. li. 5. ca. 13. contra ſoc.

d. 12. q. 1. art. 7. Neque valet argumentum. Licet desiderare, ergo licet procurare: nam licet desiderare mortem peccatoris, ob ipsius spirituale bonum, & tamen non licet illum occidere. Dico *quartum*. Complacere de pollutione nocturna, ex qua secuta est corporis sanitas, vel tentationum euitatio, vel aliud simile bonum, nullum est peccatum, sic Tolet *lib. 5. ca. 12.*. Dico *quintum*. Qui habet moralem certitudinem sibi ex tali causa euenturam pollutionem, tenetur sub mortali, talem causam euitare, cum potest, & ex ratione ipsius causae debet. Dixi, cum potest, quia nemo tenetur ad impossibile. Dixi, cum debet, ex ratione ipsius causae. Quia sunt aliquae causae, ex quibus oritur pollutio, sed quia, vel sunt honestae, vel necessariae, non tenetur quis eas vitare amoto periculo consentiendi in consensum carnalis delectationis. Tale est studium circa res venereas; talis est auditio confessionum faminarum: comestio rerum calidarum: accubatio sic, vel sic, cum aliter non potest somnus conciliari, sic Tolet. ex communi *libr. 3. cap. 13.*

4 QVAEST. Quid censes de osculis & amplexibus? RESP. Oscula, & amplexus capta ad carnalem delectationem sunt peccata mortalia, quamuis copula nullatenus intendatur. Ita Caiet. *tom. 1. opusc. tract. de delect. morosa.* Tolet. *libr. 5. ca. 14.* Dixi ob carnalem delectationem capta, quia capta ex more patriae, & benevolentiae affectu, nullum peccatum gignunt, capta etiam ob recreationem naturalem propter tactus suauitatem, qualis caperetur, si quid aliud blandum tangeretur, ad maximum sunt venialia peccata. Volunt tamen Caietanus, & Toletus & Nauar. *c. 10. num. 12.* licere huiusmodi oscula, & amplexus ob carnalem delectationem inter sponsos de futuro, quia inquirunt, inter eos est inchoatum matrimonium. Mihi tamen haec opinio nunquam probata est, quia oscula, & amplexus capta ob carnalem delectationem sunt inchoata copula, ad quam naturaliter tendunt: inter eos igitur erunt illicita, inter quos copula est illicita: nam ex eo capite censetur illicita mortaliter inter reliquos: sed inter sponsos copula de futuro est illicita; ergo erunt oscula, & amplexus. Ita cum communi D. Tho. 2. 2. q. 15. 4. ar. 4. vt iam dixi 3. p. c. vlt. S. 1. n. 11.

5 **QVAEST.** *Quid censes de delectatione morosa?* **RESP.** Delectatio morosa, de qua nunc agimus, est delectatio, quae oritur in parte sensitiva ex cogitato actu venero, quae quidem tunc est peccatum, cum quis in ea cogitatione propter delectationem inde ortam perseverat, & a motu cogitationis inuenit nomen delectatio inde proinde appellaturque morosa. Quoties igitur actus, qui cogitur, est peccatum mortale, toties delectatio prouenit ex tali cogitatione, cum voluntarie percipitur, est peccatum etiam mortale. Dixi, delectatio morosa, de qua nunc agimus, quia delectatio morosa, quamvis in communis usurpatione sumatur pro delectatione, quae versatur circa res venereas, etiam versatur circa alias res malas, cum inimicus cogitat de homicidio a se patrato, vel perorando, fur de furto, & similes de aliis peccatis cogitans. Conclusio est D. Thom. 1. 2. *quest.* 74. *art.* 8. & 2. 2. *quest.* 154. *articul.* 4. & Caiet. tum *ibi.* tum *verb. delectatio.* Anton. 2. *p. tit.* 5. *cap.* 1. §. 1. *Navar. cap.* 11. *num.* 13. & 14. Ioan. *Medin. de rest. qu.* 21. *Instruct.* 1. *p. ca.* 40. *Armo. de delect.* Quanquam oppositum circa ea, quae solo iure potius prohibentur, asserant Syllu. *delectatio. quest.* 1. & *curiositas. numer.* 3. & *ludus. quest.* 8. Angel. *delectatio. num.* 6. *Relat. ibid.* Ledesm. 2. 4. *quest.* 21. *art.* 7. *Cord. lib.* 2. *quest.* 70. *ibid.* 1. *Gabr. in 4. d.* 15. *quest.* 13. *articul.* 3. *dub.* 3. aiunt igitur non peccare eum, qui verbi gratia, cogitando se comedere carnes die prohibito delectatur de comestione ficta, & similibus. Ratio eorum est, quia legislator solos actus extrinsecos videtur posse comprehendere. Opinio tamen D. Thomae est probabilior. Dixi delectationem ortam ex cogitato actu, seu opere, non vero ex modo faciendi tale opus, quia delectatio orta est cogitato modo curioso, vel gratia patrati operis, vel patrati, non est peccatum mortale, sed ad suramum veniale curiositatis, seu curiositatis. Ita Caiet. loco citato.

6 **QVAEST.** *Quid censes de vidua, quae delectatur de cogitato actu carnali habito cum coniuge viuo? & similiter de coniuge absente alio consorte circa actum habitum, vel habitum?* **RESP.** peccare grauiter. Rem probat *Navar. grauiter. de luculenter c.* 16. *num.* 10. Ideo probationibus superfedo, quia facile est illas videre *ibidem.*

7 QVAEST. *Quid censet de verbis, canticis, & gestibus impudicis?* RESP. Verba, cantica, & gestus impudici, si fiat ad delectationem carnalem ex ijs capiendam, sunt peccata mortalia. Ita Caietan. 2. 2. *quasi*. 188. Nau. c. 23. nu. 131. & communiter Doctores. Si autem fiant vane ad recreationem captandam ex hilaritate verborum, & curiositate, peccata sunt venialia. Ita Caiet. *loco citato*. & Vega. *liby*. 14. *in Trident. cap. 16*. Veruntamen ea sunt venialia, vt ipsi natura contrariari videantur. Eleganter sane id asseruit Chrysoptom. *homil. 22. ad popul. Antioch.* hisce verbis. *Lingua sub duobus septis, dentibus dico, & labiis Deus conclusit, vt tanquam verecunda virgo nihil indiscretum loquatur.* Cum vero talia verba, & cantica à fœmina proferuntur impudice, periculo sunt grauissimo libidinose concupiscentiæ. Ita Eccles. 9. *Colloquium mulieris, quasi ignis exardescit.* Ita Iob. 21. *Habitus eius prunus ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Memisse tandem debemus sancta illa D. Cypriani verba. *epistol. 3. ad Papam Cornelium.* De ore, ac verbis suis quisque proditur, & vtrum Christum in corde suo, an vero Antichristum habeat, loquendo detegitur, secundum Christi verba Matth. 3. *progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali, de abundantia enim cordis os loquitur, & sane nos Christianos Christi seruatoris carnem manducatueros, & sanguinem bibitueros pudeat ad sacram Eucharistiæ mensam hisce verbis, & canticis impudicis turpificato ore impudentes accedere.*

De Ira. §. 5.

- 1 *Quid est ira.*
- 2 *Quod peccatum est ira proprie sumpta.*
- 3 *Quod peccatum est ira improprie sumpta.*
- 4 *De maledictionibus iactatis in homines.*
- 5 *De maledictionibus iactatis in diabolium.*
- 6 *De maledictionibus iactatis in creaturas irrationales.*

I QVAEST.

1 **Q**VAESTIO. *Quid est ira?* RESP. Ira proprie, est inordinatus appetitus vindictae. Ita D. Thom. 2. 2. q. 158. & ex eo Nau. cap. 23. num. 115. Proprie, dicitur quia improprie, sumpto vocabulo, ira etiam appellatur passio appetitus irascibilis, quae accidit, cum excitatur in vociferationes, absque voluntate alicuius damni.

2 **Q**VAEST. *Quod peccatum est ira proprie sumpta?* RESP. Ex genere suo mortale, cum nimirum inordinatio appetitus circa vindictam sumendam proximi, est grauius autem grauis cum appetimus punire grauius inimicum: punire illum, supra quem non habemus auctoritatem: punire non ex zelo iustitiae, sed ex odio graui desiderio inferendi damnum. Ita D. Thom. 2. 2. q. 158. art. 2. & 3. Ratio est, quia tunc Deo grauis irrogatur iniuria, qui dicit. *Mihi vindictam & ego retribuam*, inferatur enim proximo graue damnum.

3 **Q**VAEST. *Quod est peccatum ira, improprie sumpta?* RESP. Nullum quidem secundum se, quia est quaedam passio naturalis orta in naturali potentia ex obiecto rationis, qua in re aequales sumus brutis animantibus, vt ait Tolet. lib. 7. c. 56. n. 2.

4 **Q**VAEST. *Quod peccatum est ira, improprie sumpta, quando prorumpit in maledictiones?* RESP. Si tales maledictiones proferuntur ore tenus, absque desiderio eas videndi exercitae in proximo, in quem iactantur: neque reprobis personarum sunt grauius contumeliosae: ira illa improprie, est solum peccatum veniale, Ita D. Thom. 2. 2. q. 158. art. 3. Caiet. Sylu. Nauar. & alij, Qui tamen ex animo liberato alium, vel se ipsum maledicit imprecando, vel aut alteri graue malum sub ratione mali, cum desiderio quod eueniat tale malum, grauius peccat, iuxta Pauli. 1. Corint. 6. *Maledici regnum Dei non possidebunt*: eo grauius, quo maiorem reuerentiam, illi cui maledixit, debet, iuxta illud Exod. 26. *Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur*. Dixi sub ratione mali, quia si precari malum sub ratione boni, hoc est, vt inde eruat bonum aliquod, non est peccatum, veluti imprecatio pro grauidine corporis peccatori, vt conuertatur ad Deum pro recuperanda salute animae. Ita Nau. c. 23. n. 17.

5 **Q**VAEST.

5 QVAEST. Quid censes de maledictionibus iactatis contra diabolum ipsum? RESP. Peccatum est maledicere diabolo propter naturam ipsius. Ita D. Thom. 2. 2. quest. ciat. artic. 11. ad 4. Ratio est, quia natura demonis est bona, & à Deo facta. Nullum tamen peccatum est maledicere diabolo propter ipsius culpam, iuxta culpæ grauitatem. Ita Nauar. & D. Thom. loco citato.

6 QVAEST. Quid censes de maledictionibus iactatis in creaturas irrationales? RESP. Si tales maledictiones iactentur, & desiderentur creaturis irrationabilibus, vt creaturis Dei, est blasphemia. Si iactentur, & desiderentur, vt eueniant propter damnum redundans in proximū, cuius illæ sunt, est iniustitia. Si vero iactentur & desiderentur, vt eueniant illis, neque vt creaturis Dei, neque vt rebus sui proximi, sed vt entia quædam sunt, est vanitas, & peccatum solummodo veniale: quippe quod res vana optatur cum rei ratione carenti non conueniat bonum, aut malum secundum se sumptæ. Ita ex D. Thom. 1. 2. q. 66. ar. 6. Nau. c. 23. n. 117.

De gula. §. 6.

1 Quid est gula.

2 Quale peccatum est gula.

3 An liceat multo cibo, & potu vomitum mouere ad salutem.

4 An peccatum sit vomere ad iterum edendum, & bibendum.

5 Quando erit gula peccatum mortale.

6 De ebrietate.

7 An liceat se, vel alium pro salute inebriare.

8 An actus ebrÿ imputentur illi ad culpam.

QVAESTIO. Quid est gula? RESP. Est appetitus inordinatus cibi, & potus. Ita D. Thom. 2. 2. q. 14. ar. 1. & 156 artic. 1. & lib. 2. sent. d. 42. & Caiet. in loco allegato. D. Greg. 20. moral. Tolet. libr. 7. capitul. 59. Inordinatus dixi, quia appetitus ordinatus cibi, & potus ad sustentandam vitam, non est peccatum, imo potius est virtus temperantiæ, & sobrietatis.

2 QVAEST.

2 QVAEST. *Quale peccatum est gula?* Resp. Ex genere suo, veniale: etiam si absque utilitate vsque ad vomitum etiam se quis cibo, & potu ingurgitet. Ita Nau. c. 2. §. 2. cum Caiet. in sum. ver. gula. contra Angel. ver. manducare & Syl. gula.

3 QVAEST. *Prodest ad salutem vomitus, licetne absque peccato illum mouere cum cibo, & potu multo?* R. E. S. P. Licet in Nau. loco citato.

4 QVAEST. *Estne peccatum mortale edere, aut bibere, & euomere cibos, & potum, ut iterum bibatur, & edatur?* R. Mortale quidem. Ita Petes doctissimus Societas in in manuscriptis, sicque interpretatur sententiam Angel. munditia. Sylu. & Armil. gula. Viderur enim esse contra deformitas contra naturam.

5 QVAEST. *Quando erit Gula peccatum mortale?* R. E. S. P. Quando in ea ponitur ultimus finis, iuxta illud Pauli. *Corporum Deus venter est.* Deinde cum eduntur prohibita lege: Tertio cum ex cibo, & potu oritur graue damnum corporis, veluti ægrotudo; vel damnū animi, veluti peccatum mortale: quale ortum fuit ex esu, & potu filiorum Israel. de quibus sacra pagina. Quarto, quando scdalo lum oritur ex nimia superfluitate ciborum, de quo scdalo Paulus dicebat se nunquam manducaturum carnes, si sciret fratrem suum inde scdalo offendi. Quinto & vltimo propter ciborum qualitatem, quos quidem natura non creauit ad esum, vel porum humanum. Talis est caro humana & sanguis humanus. Ita Caiet. ver. gula. & 2. 2. quæst. 143. art. 2. Nauar. & Toler. citati, et communis sententia. Addit autem Nauarrus circa manifestam necessitatem: in qua arbitratur licitum est edere carnes humanas, & bibere sanguinem humanum, si homo inueniatur occisus, quia nunquam licet illum occidere. Tolerus vero addit, etiam licere propter infirmitatem magnam. Sed de hac opinione alij iudicent: nulli quidem nunquam placuit, & ita arbitror nequaquam id licere. Ducor naturæ testimonio, non enim pro quauis necessitate equus edit alium equum; bos alium bouem; canis alium canem.

6 QVAEST. *Quid censet de ebrietate?* R. E. S. P. Qui sciens se ebriari, hoc est, nimo potu vsu rationis scienter amittit

peccat mortaliter. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 150. & cum eo Nau. c. 23. nu. 121. Tol. lib. 7. c. 56. Item, qui scit alium inebriandum, ei vinum præbet. Ita Nauar. & Tolet. loco citato. Idem dico de periculo ebrietatis propriæ, vel alienæ. Ratio D. Thom. sumitur ex magno bono voluntarie amisso, nempe vsu rationis.

7 **QVÆST.** Licetne se, vel alium pro salute recuperanda corporis inebriare? **R. S. P.** Negat Angel. ebrietas, atque talem ebrietatem esse peccatum mortale. Affirmant nihilominus Caiet. 2. 2. qu. 150. art. 2. & Sylu. verb. ebrietas. Eos sequitur Tolet. lib. 7. ca. 54. cum non superest aliud remedium. Deinde cum ex ebrietate non timetur aliquod malum, quod solet provenire ex alijs ebrietatibus.

8 **QVÆST.** Imputantur ne ad culpam ebrio voluntario scienter actus mali facti tempore ebrietatis? **R. S. P.** Imputantur. Ita Syl. verb. ebrietas, & Tolet. loc. prox. præcipue cum iam iterum in ebrietatem inciderat, & similia mala fecerat: vel cum aduertit talia damna posse inde accedere.

De Inuidiâ. §. 7.

1 **Quid est inuidiâ.**

2 **Quale peccatum est inuidiâ.**

3 **Quando licet contristari de bono alieno.**

1 **QVÆSTIO.** Quid est inuidiâ? **R. S. P.** Est tristitia de alieno bono, in quantum tale bonum minuit excellentiam invidentis. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 36. hoc enim vitio volumus, & desideramus alium carere tali bono, quia per illud nos excellit, cum nobis videatur, aut minor, aut æqualis. Ideo invidere, idem est, atque non videre velle: volumus enim non videre tam ipsum, cui invidemus, quam bonum, quod invidemus.

2 **QVÆST.** Quale peccatum est inuidiâ? **R. S. P.** Mortale ex genere suo, cum bonum de quo tristamur, est graue: & cum scienter, & libere consentimus in talem tristitiâ. Ita D. Thom. & Tol. locis citatis.

3 **QVÆST.** Quando non est peccatum tristari de alieno bono?

bono: RESP. In primis, cum videmus ex eo provenire
qua mala, vel Reipublicæ, vel proximo, vel ipsi proprio
possidenti bonum, ut proveniet, si maneat in occasione
peccandi, tunc enim non tristamur ratione boni, sed ra-
tione mali. Deinde cum tristamur, non quia alius habet
tale bonum, sed quia nos non habemus illud, aut aliud si-
mile. Atque si hic dolor sit circa res spirituales, appo-
tur à sacris Patribus invidia sancta.

De Accidia. §. 8.

1 Quid est acedia.

2 Quale peccatum est acedia.

1 QVÆSTIO. Quid est acedia, seu ut alij legunt, acci-
dia: RESP. Accidia in tota sua latitudine sumpta
est fastidium spiritualium rerum, seu tristitia
eo quod sint res spirituales. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 37. art. 1.
Ut si quis doleat quia creatus sit ad gratiam, ad meritum
ad gloriam: si quis doleat de sacramentis gratiæ fontibus,
de prædicatione Euangelij, & similibus.

2 QVÆST. Quale est hoc peccatum: RESP. Mortale pe-
uissimum. Hinc aduertit Nauar. cap. 23. nu. 158. & Syl. in
accidia, peccare mortaliter eum, qui fastidiosus vice, &
ærumnarum, deliberate optat se nunquam fuisse natum,
aut conceptum, aut potius esse brutum animal, quam ho-
minem. Si quis tamen afficeretur tristitia ex eo quod
neatur implere opus laboriosum spirituale sibi inu-
entum, ut ieiunare, sacrum audire, aut quid simile, optat
tamen faceret, hoc est, ieiunaret, sacrum audiret, &c. hoc
peccaret. Ita Nau. c. 23. n. 124. Tol. lib. 7. c. 59. n. 4.

TRACTATUS DE PEC-
catis diuersorum statuum.

CAPVT III.

Accusatoris peccata. §. I.

1 An teneatur accusator restituere reo acceptam
iniusta sententia.

- 2 An teneatur accusare crimen redundans in damnum commune.
- 3 An liceat vti falsis testimonijs, & instrumentis ad recuperandum meam rem.
- 4 Quotuplex est accusatio.
- 5 An liceat accusare ob solum bonum particulare.

1 **Q**VAESTIO. Post latam sententiam, noui accusator latam fuisse iniuste, teneaturne ad restitutionem eorum, qua pro illa accepit à reo. **R**ESP. Teneatur. Ita Innocentius cap. Quia plerique, de immun. Eccl. communiter receptus, teste Nau ca. 25. num. 31. Ratio est, quia sententia lata iniuste, iniuste adiudicat alteri, quod suum non est: sed quisque tenetur restituere domino, quod illius habet, quia suum non est: ergo, &c.

2 **Q**VAEST. Scio delictum redundans in damnum commune spirituale, temporale uel notabiliter, impediri verò nequit, nisi per meam accusationem, teneor ne sub mortali accusare? **R**ESP. Teneor. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 61. artic. 1. & ibidem Caiet. Ratio est, quia pars, iure naturali, tenetur subuenire toti, & ita videmus manum se opponere vulneri capiti illato, vt totum animal saluum maneat, & incolume.

3 **A**d obtinendam rem à me iniuste ablatam, licetne vti falsis testimonijs, falsisue instrumentis? **R**ESP. Minime, imo est graue lethale. Ita D. Thom. 2. 2. q. 17. art. 3. ad 3. & Nau. c. 25. nu. 13. Ratio est manifestissima, quia iuramentum falsum assertorium, semper est mortale, sicut mendacium in re graui, & iniusta semper est graue.

4 **Q**VAEST. Quotuplex est accusatio? **R**ESP. Alia iusta, alia iniusta. Iusta est delatio Rei in libello ob vindictam propter bonum commune. Ita Syl. ver. accus. & D. Tho. 2. 2. q. 68. Et ideo quamuis crimen iam sit emendatum, quia ex punitione eius resultat commune exemplum aliorum, & timor communis, ne profuse crimina perpetrentur, fieri potest accusatio. Ita Syl. ver. accusatio. q. 3. Angel. libid.

5 **Q**VAEST. Estne iniqua accusatio facta ob vindictam particularem, hoc est, ob bonum meum particulare, vt scilicet resarciatur mihi iniuria, & alij deinceps caueant à verborum

Medull. Casuum.

H h h

patm-

petulantia, & procacitate, deponit penitus odio animi. Minime, imo est bona, constat ex ff. & Cod. de accepto

Acceptores personarum. §. 2.

1 Quid est acceptio personarum.

2 Quod peccatum est acceptio personarum.

1 **Q**VAESTIO. Quo modo definitur acceptio personarum. **R**ESP. Incepta electio alicuius ad rem, quae debetur ex iustitia, non facta ex meritis, sed mera consideratione personae, utpote, quia talis, vel illa. Ita Syl. cum D. Tho. & Hostianis, quos refert verus acceptio personae.

2 **Q**VAESTIO. Quod est peccatum acceptio personarum. Graue, aut leue, iuxta materiae grauitatem, aut leuitatem. Ita Syl. loc. prox. citat.

Accommodatarij obligatio. §. 3.

1 Quando teneatur accommodatarius ad restitutionem accommodatae rei perditae.

1 **Q**VAESTIO. Teneturne accommodatarius ad restitutionem rei accommodatae, cum perierit. **R**ESP. Et cum culpa res accommodata perierit graui, leui, aut uisissima, tenetur accommodatarius ad illius restitutionem. Ita definitur e. unico. de accommodato. his uerbis. In gratia sui tantum, quis commodatum accepit, de leui, etiam culpa tenetur, licet casus fortuitus (aut si derit culpa sua, vel interuenerit pactum, seu in modum) sibi non debeat imputari. Habetur etiam L. in bus. l. Simi certi. §. accommodatum. ff. de commodato. Ita est, quia dicitur natura ipsa, ut rem in solam tuam custodiam acceptam omni diligentia custodias, sicut conuenitur ex D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6.

Aduocatorum peccata. §. 4.

1 Quam causam licet aduocatis defendere.

2 An cognita iniustitia cause, liceat aduocato defendere partem, ut foedus inerat cum aduersariis.

- 3 *Quae damna tenentur aduocati restituere.*
- 4 *Quod secretum tenentur aduocati seruari.*
- 5 *Quando teneatur aduocatus detegere secretum sibi commissum.*
- 6 *De iusto pretio seu salario aduocatorum.*
- 7 *An liceat aduocatis pacisci de aliquota parte cause vincende.*
- 8 *Quando licet aduocato pugnare contra partem ex secreto sibi ante commissum, ab eadem parte.*

1 **Q**VAESTIO. *Quam causam possunt aduocati iura defendere conscientia?* RESP. Causam, de qua atque de opposita, aequae controuertunt Doctores. Ita Theologi, quos referunt Sot. 5. iust. quest. 7. art. 3. & Burgos in proemio leg. Taur. numer. 399. Dico secundum. Etiam causam minus probabilem respectu opposita, intra tamen limites probabilitatis constitutam. Ita Soto. 5. iust. quest. 7. ar. Possunt isuper ad suum defendendum clientem iura, & leges bona fide interpretari, & inde argumenta eruere, tacendo solutiones eorum sibi occurrentes. Ita citati Doctores. Duo tamen supra dicta puncta intelligo, cum defensio est ex parte Rei. Nam defendere auctorem contra Reum in causa criminali, aut civili, ubi Rei vita, fama, vel bonorum periclitatur possessio, non licet, nisi cum maior datur ex parte auctoris probabilitas, quoniam tunc melior est conditio possidentis.

2 **Q**VAEST. *Cognoscit aduocatus sui clientis iniustitiam, potestne illi suadere, ut veniat cum sua parte in fedus?* RESP. Minime, sed peccat id suadendo, & consulendo. Immo tenetur aduersario totum restituere, quod fallacijs illis illulus dedit, quoniam non libere, nec iuste dedit, sed solum ad redimendam iniustam vexationem. Ita Burg. in proem. leg. Taur. numer. 255. & Perez in lib. 2. titul. 19. lib. 2. Ord.

3 **Q**VAEST. *Ad quae damna restituendi tenentur aduocati?* RESP. Ad ea, quae suis clientibus euenerunt propter culpam latam, vel negligentiam magnam ipsorum aduocatorum; vel parti aduersae, propter dolos, aut fraudem eo-

rum. Ita D. Thom. 2. 2. q. 7. art. 3. Sor. 5. Iust. q. 3. ar. 2. tom. 1. Nau. c. 25. num. 29. Erit autem aduocatorum lata culpa errare in re notissima, & nō adhibere diligentiam ad cognoscendam causæ iustitiam, vel iniustitiam.

4 QVAEST. Tenemurne aduocati seruare secretum causarum sua fidei commissum? RESP. Tenentur sub culpa graui, aut leui iuxta secreti grauitatem, aut leuitatem. Palud. in 4. d. 27. q. 1. num. 9. Nau. cap. 25. num. 45. & 46. deo si excommunicatio feratur super sceleres, non comprehendit aduocatum scientem secreto rem. Ratio est quia seruare secretum tenemur ex iure naturali, ius positivum, naturali derogare non potest, seu à Principe feratur, seu à Papa.

5 QVAEST. Daturne euentus, in quo aduocatus tenetur detegere secretum sua fidei commissum? RESP. Datur. Nimirum cum ex iniustitia causæ sequitur innocens, vel mors, vel mutilatio, vel infamia notabilis, vel grauium bonorum iactura, seu status. Tunc enim aduocatus certus de iniustitia causæ, tenetur admonere eum, qui illi consuluit, seruato ordine correctionis fraternæ, ut cesset: si autem nolit desistere, tenetur iniustitiam illam detegere, vel alteri, qui possit adhibere remedium, ut per accidens malum eueniat impostori. Ita Aragon. c. 1. q. 71. art. 3. Ratio est, quia unicuique Deus mandauit proximo suo, & ideo iure ipso natura, tenemur innocentem auxiliari. Hoc vero ius, quo obligamur defendere innocentem, deobligat à iure seruandi secretum, quoniam ius, & fortius.

6 QVAEST. Quod eris iustum pretium aduocatorum? RESP. Quod patitur laudabilis, & tolerata consuetudo loci. Ita Instruct. libro 1. cap. 27. cum Vic. quem citat.

7 QVAEST. Possuntne in conscientia aduocati pacisci, si una quota parte causa, si obtigerit victoria? RESP. Minime, sed peccant grauiter. Cauetur id grauiter L. Si qui Celsus de stipulation. notat Syluest. ver. aduocat. numero 12.

8 QVAEST. Consuluit Titius aduocatum Socratem de causa ab illo propugnanda, in consultationem delegit multos, sed postea alium patronum parauit. poteritne Socrates patrocinari aly parti? RESP. Poterit, nemi detegendo secreta commissa. Ita Roder. ver. aduocat.

hoc. cap. 4. § 5. Ratio est, quia sua scientia nemini debet nocere, alius vero sibi imputet temeritatem & facilitatem deregendi arcanam. Aduerterim sane posse hic intervenire malitiam aduocati, nimirum, si ita remisse agat, in illa causa defendenda pro parte istius consulentis, animo defendendi oppositam, ut ipse tædio affectus, & merito exulceratus, alium quærat defensorem: tunc arbitror aduocatum teneri ad damna subsecuta ex detectione secreti, quia illius culpa aduenerunt, ut liquido constat.

Appellantium peccata, §. 5.

I De appellante ex sententia iusta.

QUÆSTIO. Peccatne grauius, qui ad differendam executionem sententiæ iustæ appellat? RESP. Peccat. Ita Sot. 5. iust. qu. 6. artic. 3. Sylu. accusatio. qu. 14. & 15. cum D. Thom. & Richard. Nauar. ca. 25. n. 14. 29. 34. D. Anto. & Gabr. quos refert Cordub. casu. 69. iuxta cap. Ut debitus. de appel. in 6. & Gloss. ib. c. Quicumque. & c. Omnino. 2. q. 6. & Gloss. ib. Ratio est, quia appellationes inuentæ sunt ad leuandum grauamen, ubi vero grauamen non est, iniusta est appellatio; per iustam vero sententiam nemini imponit grauamen. Deinde, quia in ea appellatione grauis irrogatur iniuria iudici; nam tacite illum infamulat, vel iniqui iudicij, vel inscitæ, definitur enim appellatio, prouocatio iniquæ sententiæ, querelam continens. ff. de minor. prefect. & colligitur ex capit. Licet. 3. qu. 6. concedunturque appellationes à iure, ad tollendum, ut iam dixi, grauamē. Extrap. de appel. cu. Ut debitus, allegato; ideoque appellando aperte dicit se pati ab eo grauamen iniuste. Et ita de hac iniuria decernitur Cod. Quando protuoc. non est neces. l. ultim. in fin. Et Gloss. c. Si quis prapost. §. Sententiam. dist. 50. Ideoque tales appellationes frustratorię reprehenduntur in Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. & non admittuntur in iure. cap. Quicumque 2. qu. 6. & iubentur puniri c. Omnino 2. qu. 6. Irrogat deinde iniuriam Reipublicæ, quæ propter frustratoriam appellationem crimina non punit, ut debet. Denique facit iniuriam parti, quia perturbat illius iustitiam, teneturque

H h h 3

iuxta

iuxta dictos Auctores, ad restitutionem iniquam
penſarum Peccat igitur grauitur iniuſte appellari, qui
facit id in iudicis vituperium, in aduerſarij damnum,
Reipublice nocumentum. Dico ſecundum. Cum nota
claret ſententiæ iuſtitia, licet appellare ad ſuperiorem
nam appellatio eſt quædam iuris tutela. 2. q. 6. Item
appellatur ad mitigandam pœnam, iuxta omnes.

AD LIT. B.

CAPVT IV.

Beneficiorum peccata, & beneficiorum
collatorum. §. 1.

- 1 Quid eſt beneficium.
- 2 De collatione beneficij digno relicto digniore.
- 3 An ſi ſimonia ſeruire, vt conferatur ſibi bene-
ficium.
- 4 Quantum peccat, qui beneficium dat indigno.
- 5 Quis dicendus melior, & dignior.
- 6 Quas conditiones requirat ius in eo, cui dandum
beneficium.
- 7 Quæ ætas requiratur ad beneficium obtinendum.
- 8 Quæ plura beneficia ſunt incompatibilia.
- 9 An beneficiato liceat exercere artem medicam.
- 10 Quoties teneatur beneficiatus celebrare.

1 **Q**VAESTIO. Quid eſt beneficium, vt ab imo funda-
mentis ordiamur? **R**ESP. Eſt ius percipiendi fructus
ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuini
officium competens.

2 **Q**VAEST. Peccatne grauitur, qui relicto digniore, benefici-
um dat digno? **R**ESP. Peccat ex ſententia D. Thom 2. 2. q. 6.

art. 2. Tolet. lib. 5. c. 4. nu. 8. & ca. 7. n. 4. Sylu. *acceptio personarum*. Intelligent propositionem de beneficio curato. *Pedraza precep. 7. d. 16.* Caietan. 2. 2. q. 62. art. 2. Saa. *verb. beneficium numer. 42.* & alij. Loquuntur hi Auctores absolute de quavis electione digni, relicto digniore: electoremque obligant ad restitutionem faciendam digniori, sed Ecclesie, illius beneficii, quia illi soli facta fuit iniustitia. De electione vero digni, relicto digniore in oppositione beneficii expresse loquuntur Caietan. 2. 2. *quest. 61. artic. 2. ad 4. quest. 3.* & Aragon. quem citat, & sequitur Roder. *in sum. 1. p. quest. 108. num.* & Tolet. *loco citato.* obligantque iniquum electorem ad restitutionem faciendam digniori. Ratio eorum est, quia in oppositione candidatus dignior habet ius ad rem, & ideo per repulsam damnificatur iniuste.

3 QVAEST. *Estne in peccato simonia, qui Episcopo, vel alij collatori beneficiorum praeipue, & primario, ut ei obsequatur, secundario vero minus principaliter, ut ei beneficium conferat, seruit?* R E S P. Minime: colligitur id manifeste ex cap. *Servit. officia. 59. dist. 8. cap. Quid prodest. dist. 61.* Imo vero servire Deo, eumque amare intentione minus principali obtinendi ab eo aliquid corporale, vel spirituale praeter ipsum, non est peccatum. Ita D. Thom. 2. 2. p. 27. art. 1. & definitur in Concil. Trident. *sess. 6. cap. 31.* ubi anathematizatur is, qui asseruerit peccare eum, qui intuitu praemij Deo seruit.

4 QVAEST. *Qui beneficium indigno dat, quantum peccat?* R E S P. Grauisime. Nam iniuriam Deo facit, & Ecclesie eligendo indignum ministrum: deinde multis dignis, quorum de iure optima rationis beneficium erat. Ita Tolet. lib. 5. c. 7. 8. obligatque iniustum collatorem ad restituendum Ecclesie.

5 QVAEST. *Qui dicendus melior, & dignior ad beneficium?* R E S P. Non quidem, qui quo ad Deum circa conscientiae puritatem iudicatur melior: sed qui ad honorem Dei exterius procurandum aptior, & industrius. Ita Sylu. cum S. Tho. quem refert *ver. accep. person. q. 2.* Ideo si potentia diuitiarum, vel nobilitas conferat ad comprimendos Christi aduersarios, praeferendi sunt ditiores, & nobiliores tenuibus, & ignobilibus. Hinc fit, ut sit dignior iudican-

H h h 4 dus

duis, de cuius satisfactione, & confidentia magis con-
stat Episcopo, & ideo excusantur dantes beneficia
sanguineis, aut seruatoribus suis, quia de ijs magis
Ira Sylu. *ver acceptio person. q. 3.*

6 QVÆST. *Qua conditiones requiruntur à iure, ut
iuste accipiat beneficium, & illud iuste retineat?* R E S P. *Re-
s, sed præcipue tres. Nimirum, vt sit clericus, scilicet
prima tonsura; vt sit legitimi matrimonij; vt sit legitime
ætatis: statuit vero Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. inceptum
beneficia, qui caret iuris conditionibus.*

7 QVÆST. *Qua ætas requiritur ad beneficium ob-
tinendum?* R E S P. *Ad Episcopatum trigessimus annus in-
ceptus: ad curatum vigesimus quintus item inceptus
Cum in cunctis. de elect. ad simplex beneficium decimus
quartus. Ita decreuit Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 6.
Beneficij vero collatio minori nato huius ætatis
est nulla circa dispensationem.*

8 QVÆST. *Qua plura beneficia ex Concil. Trident. debent
habere vni prohibentur?* R E S P. *Plures Episcopatus, quæ
uis exigui: plures curatus, item quamuis exigui
capit. 13. Plura, quæ residentiam requirunt, quales
canonicatus, & similia sess. 24. capit. 17. Item plura
beneficia, cum vnum sufficit, ad decentem sustentationem
beneficij ibidem.*

9 QVÆST. *Peccatne mortaliter beneficiarius exercens
artem medicam?* R E S P. *Peccat. Ita cauetur per
Trident. sess. 22. de reform. c. 1. & sess. 14. capit. 6. Ratio
quia exercitium artis medicæ, est negotium pure
terre, & grauius beneficiarijs interdictum, vt liquet.*

10 QVÆST. *Quoties tenetur beneficiarius celebrare?
Seruandus mos toleratus beneficij, atque capelle?
Et secundum eum iudicandum. Ita Nau. cap. 25. num. 14.
Nullus tamen tenetur quotidie celebrare, etiam si
gatus sit ratione capelle. Non enim tenet obligatio
Sed debet celebrare salua reuerentia, & ho-
nestate. Ita cap. signif. de præb. Syl. Missa*

1. §. 7. Tolet. lib. 2. capit.

3. num. 2.

AD LIT. C.

CAPVT V.

Cauponum peccata. §. 1

- 1 An sit peccatum permittere meretrices versari in caupona.
- 2 An liceat vendere vinum ei, quem scio inebriandum.
- 3 De eo, qui dat vinum, vt quis inebrietur.
- 4 An liceat vendere die prohibito cibos vetitos.

QVAESTIO. Peccantne mortaliter caupones, qui meretrices prope cauponam curant habitare, permittuntque inseruire mensis, vt ita plures hospites ad se diuersentur, attracti muliercularum lenocinijs, nullam aliam turpitudinem intendendo? **R**ESP. Peccant, quia dant occasionem peccato alieno proximam, seu potius illam offerunt, offendiculumque opponunt, & muscipulam culpæ lethalis, qui vero dat talis occasionis ansam, reus est eiusdem culpæ. Ita D. Thom. 2. 2. q. 12. 3. artic. 3. & 4. D. Anton. 2. p. tit. 7. cap. 4.

2 **Q**VAEST. Peccantne mortaliter caupones vinum vendentes ei, quem sciunt eo inebriandum? **R**ESP. Peccant. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 150. art. 1. Nauar. cap. 23. num. 121. D. Anton. 2. p. tit. 6. cap. 3. §. 2. Tabien. ebrietas num. 2. Angel. ibid. §. 1. Ratio est, quia sicut vitæ, oculi, manus, pedis, & reliquorum naturalium non sumus domini, ita neque vsus rationis, vt docet Caietan. 2. 2. quest. 150. artic. 1. Etiam ad breue tempus, quia, vt sic adhuc est ablatio contra rationem rei magni momenti. Hinc manifesta est conclusionis ratio. Nam caupo propinando vinum cooperatur huic peccato, ergo, & c. quia adiuuat, aut saltem non impedit, cum potest. talem vero consensum damnat Apostolus Rom. 1. Non solum qui faciunt, sed qui facientibus consentiunt. Cap. 1. de offic. deleg. vbi Gloss. & omnes cap. sicut dignum de homic. Notat D. Thom. 2. 2. quest. 62. ar. 7.

Hhh 5

Enim-

Enim vero, qui daret arma ei, quem scit, seipsum esse
 terfeaturum, peccaret mortaliter teste D. Anto. 2. par.
 ca. 24. §. 11. arg. ca. Notandum 2. qua. 1. ergo, & longius
 probatione supersedeo, quia res est nota.

3 QVÆST. Quid igitur censes de eo, qui consilio
 propinat, ut quis inebrietur: R E S P. Grauisime illum pe-
 care lethaler, quia priuat hominem vsu maioris
 naturalis, qui licet ad tempus sit, est tamen magna
 mationis. Peccat itidem ratione infamia ex ebrietate
 nascentis, quæ inter homines plurimi fieri solet.

4 QVÆST. Peccatne mortaliter tabernarius non pro-
 do die prohibito cibos vetitos ei, quem scit peccare illis: R E S P.
 Peccat. Ita omnes, quia cooperatur peccato
 cum posset illud impedire: imputatur vero nobis culpa
 quam negligimus corrigere, cum possumus cap. C. de
 86. dist. cap. Error. §. 3. dist. Vbi subditur. Non caret scilicet
 lo confessionis occultæ, qui manifesto facinori delin-
 obuiare. Ita docet Gabr. in 4. d. 16. qu. 3. ar. 3. dub. 6. Non
 peccat vero hos cibos vetitos venales exponendo, qui
 pluribus non sunt vetiti.

Conductorum peccata. §. 2.

- 1 Quando tenetur conductor restituere equum rap-
 tum.
- 2 De dubio, an equus perierit culpa conductoris,
 non.
- 3 An liceat conductori conducere alium equum, cum
 equus conductus non satis est ad viam potens.

1 QVÆSTIO. Quando tenentur conductores equorum
 ad restitutionem equorum raptorum, dum erant in
 potestate: R E S P. Suppono rapti potuisse equum
 conductum, vel propter dolum, & malitiam conducto-
 rum, vel propter negligentem custodiam ex culpa pe-
 ui, aut leui: vel casu, & fortuna. Dico primum. Tenetur
 conductor ad restitutionem equi conducti, & rapti
 propter dolum & malitiam conductoris. Hæc constat
 ex terminis, neque indiget probatione. Dico secundum.

Ad nullam restitutionem tenetur conductor, cum ex me-
ro casu, & fortuna equus conductus perijt. Hæc similiter
ita claret, vt æquo iudicio ferret offensam, qui probaret.
Dico tertium. Tenetur ad restitutionem conductor,
cum equus ex culpa eius graui, aut leui perijt, non vero
tam ex leuissima. Ita Caiet 2. 2. quæst. 62. art. 6. Salon. libr.
de iust. qua. 67. art. 6. controuers. 7. Hostiens. in L. Contra-
ctus. ff. de reg. iuris. & L. Si quis donum. §. Celsus. L. Si mer-
ces. §. Qui columnam. ff. locati. Sot. 4. iust. qua. 7. ar. 2. Sylu.
verb. culpa. Innocent. & alij, quos refert. Ratio est, quia
conductio cedit in utilitatem locatoris, & ideo non ob-
ligat ad culpam leuissimam.

2 *QVAEST. Dubius est conductor, an equus perierit absque
culpa leui, aut ex ea?* RES P. Tenetur equum restituere.
Ratio est, quia per locationem non fuit translatum do-
minium, sed remansit penes locatorem, sed in dubio meū
hoc sit, an tuum, melior est conditio possidentis, igitur
melior est conditio locantis in nostro casu, & ex eo con-
sequenti tenetur conductor ad restitutionem equi.

3 *QVAEST. Locauit Socrates equum Platoni sanum, bo-
num, fortem, & cat. Post egressus domo, cepit agrotare, neq-
ulterius progredi valuit, conduxit Plato alterum, quo iter con-
ficeret, rogo, teneturne Socrati integram reddere mercedem?*
RES P. Minime. Ita Nauar. capit. 17. num. 198. Beia 2. p.
capit. 20. arg. capit. propter sterilitatem de locat. soluenda. Igi-
tur pensio soluenda pro rata illius temporis, quo eo
usus est Plato.

Coniugum peccata, §. 3.

- 1 *An sit peccatum contrahere cum heretico.*
- 2 *An sit validum matrimonium fidelis, cum here-
tico.*
- 3 *An liceat marito uxorem afficere supplicio.*
- 4 *Quantum peccat maritus otio vacans.*
- 5 *An peccet maritus non coercendo liberam licenti-
am vxoris.*
- 6 *An peccent coniuges non cohabitando.*

- 7 An peccet vxor assumendo sibi domus gubernationem.
- 8 De vxore rixosa.
- 9 Quod est peccatum contrahere matrimonium in impedimento.
- 10 Quomodo peccetur in vsu matrimonij.
- 11 Quæ causa deobligat à reddendo debito.
- 12 An sit peccatum petere debitum tempore menstrui.
- 13 Quod peccatum sit vti modis inusitatis ad copulam matrimonialem.
- 14 Quando peccant coniuges non reddendo debitum.
- 15 Quæ petitio debiti obligat ad mortale.
- 16 An liceat precibus remouere coniugem à petenda incontinentiam.
- 17 An liceat exercere actum matrimonij, ad vitandam incontinentiam.
- 18 An liceat exercere actum matrimonij propter sollicitudinem carnalem.
- 19 An liceat exercere actum matrimonij propter sollicitudinem carnalem.
- 20 Quantum peccant coniuges exercendo actum matrimonij propter delectationem carnis excutendo fines matrimonij.
- 21 Quando delectatio carnis est causa tantum mortalis.
- 22 De incitamentis coniugum.
- 23 De delectatione morosa ex actu cogitato presentis vel futuro coniugij.
- 24 An propter adulterium amittatur ius ad petendum debitum.
- 25 Quando non peccat coniux negando petendum debitum.

26 An peccet maritus reddendo debitum vxori adultera.

27 An incestuosus cum consanguinea sui ipsius amittat ius ad petendum debitum.

28 An tale ius amittat incestuosus cum consanguinea sua vxoris.

29 Quod peccatum est consummare matrimonium ante benedictiones.

1 **Q**VÆSTIO. Peccatne coniux contrahendo cum hæretico? **R**ESP. Peccat grauissime. Stricte enim prohibetur tale coniugium in Conc. Elibert. cap. 16. Laodicens. cap. 10. & 31. Carthag. ca. 12. Agath. ca. 67. Chalced. can. 16. apponunturq; ibi graues penæ, & in ca. Decretis. de hæret. dotes iubentur confiscari.

2 **Q**VÆST. Estne validum tale coniugium fidelis cum hæretico? **R**ESP. Negat penitus Simanchas in cathol. institut. titul. 40. capit. de matrim. numer. 17. arbitratuque tantus Doctor textum esse expressum. Can. 72. 6. Synodi general. irritantem, & annullantem nuptias. Oppositum tamen docet communis schola cum D. Thom. in 4. d. 39. quest. ar. 1. & 3. p. qu. 59. ar. 1. Sot. in 4. d. 39. art. 2. ad 3. Ange. impe. 10. art. 8. Sylu. Arm. Tabien. alijq; Summistæ verb. matr. & tom. 1. cap. 14. de Rom. Pontif. Gloss. Non oportet 28. quest. 1. Card. c. fin. de condit. appositus & ca. Decretis. & hæret. in 6. Couar. tom. 1. p. 2. cap. 6. §. 11. Nau. cap. 22. num. 49. Ratio manifesta est, quia hæreticus est Christianus baptizatus, & ideo capax sacramentorum: neque inter hæreticum, & baptizatum, est cultus disparitas, profitentur enim per baptismum colere eundem Christum, & illius nota, & signo, hoc est, indelebili baptismali caractere insigniuntur. Et aliunde non est Ecclesiæ decretum talia matrimonia irritans. Ad Canonem allegatum sextæ Synodi respondeo, non fuisse à Sum. Pontifice approbatum, & ideo nec ab Ecclesia receptum. Probat id apertissimis rationibus Cano li. 5. de locis. ca. ult. ad 6. Beda. de natura rerum. ca. 67. Platina in vita Sergij Papa.

3 **Q**VÆST. Peccatne maritus percutiendo grauiter uxorem, & extra modum persona, & conditionis. Item acrius, & iniuriosis

iniurijs verbis eam tractando, animo iniuriandi, & non corrigendi? R E S P. Peccat, quia vxor non est serua, sed liber & immoderata percussiones inferunt ad odium, & correptionem. Sic Tolet lib. 5. ca. 2.

4 QVÆST. Otio vult maritus vacare, neque laborare parare cibos filijs, & vxori, quãrum peccat? R E S P. Mortaliter. Ita Tolet. proximo. Ratio est manifesta, quia capiti naturali, tenetur subuenire membris.

5 QVÆST. Non coerces liberam licentiam vxoris maritus? R E S P. Reus est culpa lethalis, quia ipsi incommuni moribus, & vita familiarum inquirere, & deprauiat committere, cum potest, alioqui ipsi imputantur.

6 QVÆST. Non cohabitant simul, cum communi potest? R E S P. Peccant mortaliter non cohabitatio ex vtriusque licentia libera ob aliquod bonum, & corporis, aut impedimento ad separationem cogente: alioqui, qui negat cohabitationem, cum ab altero requiritur, peccat grauiter, quia non est dominus corporis, sed potestatem dedit alteri. Hinc manifestatur, quod si cogitur, teneri alterum mutare sedem respectu alterius, alium locum vbi simul cohabitent, nisi in contractu matrimoniali interfuerit pactum tacitum, vel explicitum de non mutando loco: vel in tali mutatione peccatum imminet grauis damni animi, vel corporis. Sic Tolet lib. 5. ca. 2. cum communi.

7 QVÆST. Vult vxor gubernare domum, sperare in no, & prudenti ad gubernandum: peccatne propter imperitiam gubernationem? R E S P. Mortaliter quidem. Ita Tolet proximo. Ratio est, quia vxor tunc deorbitat in re, quae recta ratione, quae naturaliter iubet membra obsequari.

8 QVÆST. Est vxor asperi ingenij, & rixosa, sicut querelis virum prouocat ad iram, & dicitur, & maledictiones, ad quid rogo tenetur in conscientia? R E S P. Mortaliter, & ad naturalem iram compescendam: alioquin rixae, & maledictionum peccata mariti, illi imputantur. Ita Card. proximo loco.

9 QVÆST. Quod peccatum committit qui se cum muliere cohibet cum impedimento? R E S P. Lethale. Ratio est manifesta.

ita, quia it contra sanctas leges, & statuta Ecclesie in re
 grauissima, vt liquet.

10 QVÆST. *Qui coniuges peccant lethaliter circa actum
 conjugalem?* R E S P. Primo. Qui consorti blanditur cum
 periculo emittendi semen extra vas naturale, effusio enim
 seminis voluntaria extra vas, tam iniqua est, vt ex
 nulla circumstantia, neq; ob vllam causam licita sit. Se-
 cundo. Qui ita rem habet cum sua, vt eam haberet, licet
 sua non esset, quique ita rem habet cum sua permissione
 corporum, vt mente, & desiderio eundem actum habeat
 cum non sua. Tertio. Qui debitum rogatus negat, cum
 periculo incontinentie circa exigentem. Vel qui negat
 ex contumacia, nulla ad negationem obstante causa,
 præter ipsam nolitionem negantis.

11 QVÆST. *Qua causa deobligant à reddendo debito con-
 iugali?* R E S P. Mortis periculum, ægritudinis magnæ,
 infectionis contagij, seu pestis, & similia; quia non te-
 netur quis cum tanto damno, neque ad hoc se obliga-
 uit. Item locus publicus ob honestatem; locus sacer ob
 reuerentiam.

12 QVÆST. *Estne lethale, exigere debitum tempore purga-
 tionis?* R E S P. Si adsit periculum incontinentie, minime:
 nam periculum incontinentie parentum, præferendum
 est periculo infectionis geniti, quæ forte subsequetur.
 Nam proli melius est viuere, quamuis infecte, quam
 omnino non viuere. Ita communis schola.

13 QVÆST. *Peccantne lethaliter coniuges utendo naturali
 vase, sed inuicem modis?* R E S P. Minime: Nisi inuicem
 modus coeundi periculum afferat abortus; vel emitten-
 di semen extra vas naturale, nam iuxta medicorum sen-
 tentiam teste Soto in 4. distinct. 31. quest. 1. artic. 4. mutatio
 situs, si semen recipiatur, non impedit conceptionem fo-
 tus; ac proinde Albert. Magn. in 4. d. 13. absolute dixit, ni-
 hil eorum, quæ vir cum vxore agit intra vas legitimū cul-
 pam esse mortiferam, refert & sequitur Comitulus *resp.*
mor. li. 1. q. 133. Hinc fit, vt remoto hoc periculo, non pec-
 cetur mortaliter, si fœmina supergrediatur virum, nam
 iuxta philosophorum experientiam, matrix habet vim
 attractiuam sursum, & ita semen virile fugit, ne effluat.
 Neque si vir, versis fœminæ ad virum partibus, vas
 legiti-

legitimum possideat, qua in re se fecellit Palud. *quasi. 3. art. 2. concl. 5.* oppositum asserens contra con-
nem, nisi ex affectu bestialitatis talis coitus pro-
ali oqui ob necessitatem poterit inueniri, ut cum
na pragnans distentam nimis aluum habet, vel ob
neque aliter coniungi mari est potens, tunc enim
euitandum abortum, vel ad euitandam incontinentiam
ita coite licebit.

14 QVÆST. *Peccatne mortaliter coitus non
eum petitur coitus?* RESP. Negare coitum coniugati-
ti, ex genere suo peccatum est mortale, contra
commutatiuam fidei promissam. Ita præcipit Paulus
7. *Vxori vir debitum reddat, similiter autem, & vir
Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir sui cor-
poris potestatem non habet, sed mulier
cet communis schola cum Scot. 4. sent. d. 32.*

15 QVÆST. *Qua petitio obligat ad mortale?*
Seria, & omnimoda, siue expresse, siue signis euidentibus
fiat, quia pudor naturalis aliter prohibet delectationem
reim, præcipue in vxore. Notat id D. Anton. 3. q. 1. m. 20. §. amica tamen petitio, & beneuolentia, non co-
cum tanto onere, & pœna. Ita præsumendum est
eò, qui frequentius petit, quam par est, debet
petendo modus adhiberi, ut notat Scot. in 4. d. 32. q. 1.
art. 1. post. 2. conclus.

16 QVÆST. *Licetne precibus remouere coniugem a
RE SP. Modo non sint tales preces importunæ, & qui
inferant molestiam, licet, tunc enim dabitur penitus
incontinentiam. Ita Nau. ca. 16. nu. 25. Sylu. debitum
qu. 8. & Scot. sup. citatus.*

17 QVÆST. *Peccatne, qui debitum petit coniugem
tandam incontinentiam, cum illam potest vitare ali-
dijs, nempe per ieiunia, verbera, aut humi cubationem,
milia?* RESP. Minime. Ita Durand in 4. d. 31. qu. 1. 2.
Iud. quasi. 21. art. 2. Capreol. quasi. 2. arti. 4. Cæter. qu. 1.
Sotus item in 4. d. 35. qu. 1. art. 4. Ita docuit D. Paulus
7. propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat
vnaquaque suum virum.

18 QVÆST. *Peccatne, qui actum coniugij exercit
pter sanitatem, immemor prolis suscipienda, aut fornicationem*

scienda, memor tantum sanitatis? R E S P. Minime quidem. Ita Richard. in 4. d. 31. ar. 3. qu. 2. & Sor. proxime citata. Probatum à simili: Nam licitum est nubere ad obtinendam sanitatem in actu coniugij, dummodo fines matrimonij etiam intendantur, nempe prolis, & fornicationis evitatio, ut docet Caiet. 1. tom. opusc. tract. 12. qu. 3. & Catec. ad prac. tit. de matr. pag. 337. ergo etiam licebit actum conjugalem exercere ob eandem sanitatem contracto iam matrimonio, non exclusis finibus alijs.

19 QVÆST. Peccatne mortaliter, qui debitum conjugale petit ob solam delectationem carnalem, non exclusis alijs finibus matrimonij, neque in memoriam venientibus? R E S P. Minime, sed tantum venialiter. Ita communiter Doctores D. August. 9. in Genes. capit. 7. & de bono conjugali, cap. 16. Magist. in 4. d. 31. & ibi Albert. Mag. D. Thom. in 4. d. 26. qu. 1. ar. 4. D. Bonau. in 4. d. 31. qu. 3.

20 QVÆST. Si excludantur tres illi fines matrimonij à D. August. appositi lib. 9. in Gen. ca. 7. nimirum proles suscipienda, fides servanda, sacramentum perpetuandum: Peccatne mortaliter coniux, qui coit, ad solam delectationem carnalem, ut finem tantum volutum, licet cum sua? R E S P. Mortaliter quidem. Ita D. Thom. in 4. d. 26. qu. 1. ar. 4. Sor. in 4. d. 31. qu. 1. ar. 3. Henriq. lib. 11. de matr. ca. 4. §. 2.

21 QVÆST. Intendij quidem fines coniugij, sed ad eos intendendos mouetur à delectatione carnali, & ideo eos non appetere, nisi moueretur ab illa? R E S P. Nullum committit peccatum. Ita Comit. lib. 1. quæst. 133. cum Palud. in 4. distict. 31. quæstion. 3. artic. 2. Diu. Anton. 3. p. titul. 1. capit. 20. §. 6. Vbi ex eorum sententia concludit nullum esse peccatum coniugem relinquere actum inchoatum, & imperfectum.

22 QVÆST. Licetne coniugibus absque culpa vlla vacare medijs excitantibus ad copulam habendam pro finibus matrimonij? R E S P. Licet. & ideo nullum peccatum tunc est calidis cibus, osculis, amplexibus, tactibus veneris se ad libidinem prouocare. Ita Sylu. de coniug. quæst. 9. Armil. ibid. num. 8. Caiet. ver. matrim. ca. de vj. matr. §. duodecimum est. Nau. ca. 16. num. 42. Henriq. lib. 14. de matrim. ca. 17. §. 9.

23 QVÆST. Peccatne coniux absens cum mente cogitante Medull. Casuum. Iii de actis

de actu coniugij delectatur carnaliter; aut ut delectationem carnalem percipiat in parte sensitiva valens; & cogitat circa pollutionis periculum? R. s. p. Peccat mortaliter. Ita Comitoli. lib. 1. quæst. 134. Probabilissime ex Caiet. in 1. 2. quæst. 74. art. 8. ad 4. Sylva. ad quæst. 3. Tabien. verb. cogitatio. quæst. 7. Nau. cap. 16. num. 1. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 20 §. 6. atque oppositum dicitur appellat defensores putide delectationis Ratio hæc quia illa delectatio sensitiva capi non potest, nisi imagine vxoris in mente fabricata præsentem, quæ non nisi circa præsens versatur: sed ex imagine præsentem veluti marmorea, aut eburnea, peccatum thale capere sensibilem delectationem; ergo idem dicitur de imagine facta in mente.

24 QVÆST. Amisitne coniux ius ad exigendum debitum propter adulterium occulte commissum? R. s. p. Non me. Idem Turrecrem. in cap. Coniugio. 32. quæst. 1. Arch. Caietan. tom. 1. opusc. tract. 31. respon. 4. Sotus. 36. quæstio. vnica artic. 3. Couar. 2. p. de matrim. cap. 1. numer. 4. Gloss. capit. Extremum de adulter. licet opus tum doceat Nau. capit. 22. numer. 23. Armil. verb. numer. 77. Tabien. matrim. 4. §. 6. Castro. lib. 2. pæn. capit. 4. Ratio est, quia nemo tenetur seipsum neque suo se iure spoliare; neque se ipsum extortionem accusare; alioqui alteri coniugi daretur occasionem scandali.

24 QVÆST. Quibus causis interuenientibus non tenetur coniux debitum negando, minimeque reddendo? R. s. p. triplices quidem sunt, quæ omnes continentur in dispositionibus traditis à Scot. in 4. sentent. distinctio. 1. 1. coniux, inquit, amisit ius petendi: vel non habet ius petendi pro nunc: vel quando alter coniux non obligatur ad reddendum: vel quando ad non reddendum obligatur maiori vinculo. Amisit vero ius petendi per adulterium publicè commissum, hoc est, notum a coniuge innocente. Ita Palud. in 4. d. 32. quæst. 1. numer. 9. Ricardus. 35. artic. 5. quæst. 1. Item per votum solemne in religio emissum. Non obligatur vero ad reddendum ante sex menses transactos post matrimonium ratum, & non summatur, quia in eo spatio licet ei religio committatur

di, & profiteri. Obligatur vero ad non reddendum vinculo fortiori, cum in reddendo est periculum abortus, seu occisionis foetus in utero. Ita Sylu. *debit. coniug. qua. 5.* Caietan. *verb. abortus. Nauar. capit. 15. num. 14.* Item cum debiti redditio vergit in detrimentum incolumitatis propriae, tenetur enim maiori vinculo vitam factus seruare, abortumque fugere, & propriam aegritudinem vitare, quam debitum reddere. De incolumitate viri, dixit expresse D. Tho. *in 4. d. 32. art. 1. ad 2. & art. 3. ad 4.* Durand. *ibid. qu. 1. nu. 6.* Rich. *d. 32. ar. 1. qu. 1. & ar. 4. qu. 1. ad 2.* De incolumitate vtriusque indistincte locutus est Scot. *in 4. d. 32.* & cum eo communis Schola, vt notat Comitolus *lib. 1. quest. 136.* qui vehementer reprehendit Gabrielem singulariter opinantem *in 4. quest. unica art. 2. conclus. 11.* teneri vxorem sub mortali reddere debitum cum periculo propriae salutis, imo, & vitae, marito petenti, & periclitanti circa continentiam, cum tota illa incontinentia proueniat ex malitia mariti incontinentis: vxor enim vitur iure suo. Intellegitur enim obligatio reddendi debitum, salua indidui vita, atque etiam salute corporea. Haec autem salus notabiliter laeditur per coitum leprosi, & ideo tunc deobligatur coniux a debito reddendo. Ita Palud. *in 4. dist. 32. quest. 1. artic. 2. conclus. 1.* Durand. *ibidem quest. 1. numer. 8.* Aureol. citatus a Gabriele *ibid. quest. 1. artic. 2. conclus. 11.* Sor. *qua. 1. artic. 1.* Caiet. *verb. matrim. cap. 2. de vsu coniug. §. quintum caput. Nauar. ca. 16. num. 25.* Si vero aliqua lepra sit, quae non inficiat (de qua re consulendi medici) licet timeatur proli infectio, tenetur reddere, quia proli melius est sic esse, quam nullo modo esse, vt ait D. Thom. *loco citato.* Et in hoc sensu intelligendum est *capit. Quoniam de coniug. leprosum.* vbi sanus coniux coniugi leproso, debitum reddere iubetur. Quod dixi de leproso, dicendum est de morbo gallico, aut alio quouis, cuius timeatur infectio. Ita Sor. *sup. Armil. verb. debitum coniug. num. 3. & verb. matrimon. num. 69. Nauar. ca. 16. nu. 25.* & sic intelligendum docet *cap. 1. & 2. de coniug. leprof.*

26 QVÆST. Peccatne maritus debitum reddens vxori publicè adulteranti? R E S P. Peccat grauiter. Ratio est, quia in primis it contra prohibitionē *ca. si quis vxorē. 2. 2. q. 1. c.*

Dixit Dominus, & c. sicut crudelis 32. que. 1. Deinde quia
præbet manifestam occasionem perseverandi in peccato. Ita Couar. 2. p. de matrim. ca. 6. Caiet. in sum. tit. de
coniug. ca. 10.

27 QVÆST. Quid dicitur de incestuoso adulterio cum
sanguinea sui ipsius? RESP. Non peccat petendo, aut
dando debitum. Ita Syluest. matrim. 7. qua. 6. §. 1.
3. Castro. lib. 2. de leg. poen. cap. 7. Naua. cap. 16. num. 1.
in 4. d. 37. artic. 2. Ratio est, quia teste Sylu. hoc nullum
peritur à iure prohibitum.

28 QVÆST. Quid dicitur de adulterio cum conjugis
uxoris sua vel è contra? RESP. Si cognouit uxorem
consanguineam 1. vel 2. gradus peccat grauitate peccati
Prohibetur ei peticio ca. 1. & c. Transmissa. de eo. qui
uit consang. cap. Qui dormierit. 37. qu. 2. Docet D. Thom.
in 4. d. 34. ar. 5. Rich. art. 4. qu. 2. Sor. d. 37. art. 2. etiam
Nauar. proxime. Couar. 2. p. de matrim. cap. 7. §. 2. ratio
est, quia in eo adulterio contrahitur affinitas cum
propria vxore, etiam post Concil. Trident. Ergo
petendo, non peccat vero reddendo. Redditio vero
tollit impedimentum affinitatis contractum, ut ait
Panorm. & Card. dicto cap. Transmissa. & Sylu. supra
4. pron. 4. Couar. citato nu. 5.

29 QVÆST. Quod est peccatum petere debitum
inditiones nuptiarum? RESP. Mortale peccat Syluest.
coniug. nume. 11. videtur tamen id nimis rigorosum, ut
Conc. Trid. sessi. 24. num. 1. id non præcipit, sed hoc
ideo sola venialis culpa contra exhortationem in
de hoc puncto iam idem respondi, & latius probatum
cap. ult. nu. 6.

30 QVÆST. Licetne ad occultandam infamiam
mouendum periculum mortis, exponere filium in
susceptum? RESP. Licet, Si tamen parentes diuitem
tenentur hospitali domui alimenta restituere: si pauperes,
minime, quia talis domus pro pauperibus instituta
è. Ita Card. Tolet. lib. 5. ca. 11. nu. 11.

Captiuorum peccata. §. 4.

De peccatis captiui Christiani inter infideles.

- 2 De peccatis captiui infidelis ab infideli.
- 3 An captiuus Christianus teneatur implere iuramentum quod fecit infideli.
- 4 An pretium redemptionis veniat ad collationem cum alijs fratribus.
- 5 Qua poena punitur filius, qui captiuum patrem non redimit.
- 6 De captiuis Christianis, qui remigant in irremis infidelium.
- 7 An maneat excommunicatus Christianus captiuus remigando contra Christianos.
- 8 An peccent Christiani captiui remigando contra infideles.

QVAESTIO 10. Dic quid censes de captiuis Christianis inter infideles? **R**ESP. Cum inter Christianos, & infideles possit bellum iustum, & iniustum aliquando interuenire, hoc mihi suadeo, si captiuus captus fuit bello iniusto, licet illi fugere, & fugiendo neque ipse, neque qui ipsum iuant, peccant. Ita definitur *cap. Dominus 23. qu. 1. ca. Vt pridie. 23. que. 8. l. 1. Cod. de Christian. mancip.* Si vero captus fuit bello iusto, peccant, & ipse, & qui ipsum iuant in fuga, nisi Dominus ipsum impellat ad fidem relinquendam, Christumque Dominum negandum. Ita *Syl. furum. qu. 6. Nauar. cap. 17. nu. 103.* Teneatur insuper ad restitutionem, iuxta omnes. Hæc autem nunquam est facienda per restitutionem personæ, quia semper datur periculum aberrandi à fide; sed facienda est per compensationem æstimationis.

QVAESTIO 11. Quid censes de captiuis infideli, ab alio infideli? **R**ESP. Cum inter fideles, similiter atque Christianos intercedat aliquando iustum bellum, aliquando iniustum, peccat captiuus in bello iusto, si fugiat, peccant, qui illum fugiendo adiuant, teneturque iterum in captiuitate redire, teneturque adiutores reddere, quod si nequeant, aliudque bonum seruum viribus, & industria Ita *Conar. reg. Peccatum. 2. p. §. 11. nu. 6. & l. 1. Var. resol. ca. 11. nu. 10. Nauar. cap. 17. nu. 103. Arag. 22. qu. 62. de domin. contra Sor. 4. lust.*

2. art. 2. colligiturq; nostra conclusio ex cap. si quis seruum 17. qu. 4. Ratio est, quia iure gentium captus in bello isto, est verum mancipium, capientq; est verus dominus eius per verum dominium ab ipso iure gentium manum in capientem, ergo, &c.

3. QVAEST. Teneturne Christianus captiuus, bello captiuus iuramentum seruare, quo promisit Mahometano non se rediturum, aut missurum pretium captiuitatis? RESP. Tenetur. Neq; huiusmodi iuramentum facile est reuocandum. Daretur enim occasio infideli blasphemandi contra Christianum, & scandalum actuum peierandi. Ita tenetur in sum. ca. 41. nu. 3.

4. QVAEST. Redemit pius pater Christianum filium suum inter Mahometanos, seu alios infideles, in sumptibus ea libertate multam summam, teneturne filius restituere illam summam in sua legitima, afferreque in collatione hereditatis? RESP. Minime. Ita cum Baldo Gons. L. 29. Tau. nu. 29. & alij quos affert Roder. in sum. ca. 41. Habetur in Ordin. Lusit. li. 4. tit. 97. §. 8.

5. QVAEST. Qua poena punitur filius ita impius, qui non redimere patrem captiuum ab infidelibus, non redimitur in Successionis in bona patris. Ita habetur in Ordin. Lusit. tit. 88. §. 6. filiusq; illegitimus, etiam natus ab infideli, qui libertatem Patris procurauit, illi praefertendus est. Lopez, & alij, quos citat Roder. in sum. ca. 41. nu. 4.

6. QVAEST. Quid censes de captiuis Christianis, qui metu verberum, aut mortis trivemes remo reuertuntur ad Christianos in bello iniusto? RESP. Censeo peccate mortaliter sic remigando: nam faciunt contra quintum preceptum de non occidendo, occidunt autem, qui consentiunt, adiuuant, cap. Sicut dignum. de homiciis. cap. Notum. 2. qu. 2. §. 1. L. Is qui opem. ff. de furtis. Quod est timor mortis non excusat, probatur aperte, quia timor excusat a culpa, faciendo id, quod est tantum malum, tale vero est iuuare occisorem iniustum. Beia. 2. p. cas. 24. Ratio illius est, quia remigatio iniusta, est actio directe, & per se ordinata ad occisionem, & damnium innocentium Christianorum. Et ita resp. in sum. ca. 9. §. 16. sect. 8.

7. QVAEST. Incurruntne excommunicationem qui...

mande: R E S P. Minime. Ita Nau. cap. 27. num. 63. §. sep. quod
Christi. Beia loco proximo. Ratio est, quia censura Ecclesiarum
non feruntur, nisi in libere contumaces. Tales vero non
sunt, qui metu coguntur non obedire, cum metus non
infertur ob iniuriam fidei.

7 QVÆST. Peccantne huiusmodi captiui remigando contra
alios infideles? R E S P. Negatiue responderi Nauar. loco proxi-
mo citato. absque distinctione. Cum ea veruntamen ne-
cessario loquendum. Nam vel bellum iniustum est, vel
iustum: si iustum, recte dicit sapientissimus Doctor; si
iniustum, parce dixerim, & debita reuerentia, eadem est
ratio, atque contra Christianos, quia remigando iuuant
ad damnum iniustum.

Collegiarum alicuius domus peccata. §. 5.

1 An peccent collega incolendo collegium contra illius
instituta.

2 De conditione paupertatis.

3 An peccent non studendo diligenter.

4 De conditione sanguinis, aut nationis.

1 QVÆSTIO. Peccantne mortaliter, qui collegium in-
grediuntur, & habitant contra instituta fundatoris?

R E S P. Maxime. Tenentur insuper ad restitutio-
nem expensarum, quas fecerunt ex collegiorum red-
ditibus. Hæc est euidentis.

2 QVÆST. Fuit institutoris voluntas ultima, ut ingressa-
ri, & habitaturi collegium sint pauperes: Titius est diues, &
vult collegium ingredi, & ne illi obstat diuitiarum possessio,
facit donationem reuocabilem, nimirum, quod illi reddan-
tur diuitie, si à collegio exiuerit. Rogo, estne talis collega tutus
in conscientia, collegium ingrediendo, & habitando, & ex red-
ditibus pauperum vitam alendo? R E S P. Minime. Imo est
gravissimum peccatum talis palliata bonorum renun-
ciatio, tacito, vel expresso pacto iterum accipiendi ea. Ita
Nauar. & Instruct. quos citat, & sequitur Roder. in sum.
1. p. capit. 45. Secus videretur dicendum, si donatio esset
omnimoda inter viuos, & irreuocabilis, per eosdem
Doctores.

3 **QVÆST.** Aluntur collega in collegio Pontificio, ut
expensis regijs, ecclesiasticisve, ut diligentem operam suam
litteris, peccantne otiaando? **RES P.** Peccant grautes, laque
tenentur ad restitutionem expensarum. Ita Nau. cap.
num. 59.

4 **QVÆST.** Estne iusta conditio, quia institutor
collegij ingressu certum personarum genus, veluti proceros
Iudais, remoto odio, attento tantum collegij honore? **RES P.**
Esset. Ita Cordub. lib. quasi. 54. Rod. prox. citat. Beza.
Ratio est, quia cuique licet suum, cui voluerit, in
quere.

Chirurgi peccata. §. 6.

1 **An peccet, qui vtitur remedijs non arte, sed experimen-**
to comparatis.

1 **QVÆSTIO.** Nunquam Titius didicit artem chirurgi-
sed experimento comperuit certos morbos, certis ma-
mentis felici euentu curari, peccatne vitando in-
uidentia medicamentorum circa omnes infirmos circumscri-
seu ulceris? **RES P.** Minime. Ita Nau. cap. 25. num. 6. et 11.
§. Medicus. ff. de var. & extraord. Si tamen febribus
cat, & ingrauescat morbus, tenentur medicum docere
aut chirurgum consulere.

Custodum peccata. §. 7.

1 **De custodibus rerum sua cura relictijs.**

2 **De concustodibus.**

3 **De custodibus domorum.**

4 **De custodibus montium, & sylvarum.**

5 **An liceat custodibus montium, & sylvarum se m-
tare ad capiendos venatores, & lignorum
res,**

6 **De custodibus vrbium, & oppidorum.**

1 **QVÆSTIO.** Cum multiplex sit custodum genus, de
lis sciscitabor ex re, quid iudicas: atque in primis
censes de custodibus rerum mobilium sua custodia
licitarum, si surripiantur? **RES P.** Dico primum. Si gra-
rogatu dominorum, res illas seruabant, neque fur-
accidit

accidit ex dolo, aut lata culpa eorum, sed tantum ex leui,
non tenentur ad earum restitutionem. Ideo grauius
peccaret dominus earum, si certus innocentia, res pere-
res in iudicio. Certus dixi, quia si in dubio est, potest il-
las reperere, & adjudicatas in pretio retinere. Ita Rod. in
sum. 1. p. cap. 124. num. 11. cum Cordu. cas. 175. Sylu. verb.
cust. Secus tamen dicendum, si furtum accidit ex dolo,
vel lata culpa, ut manifestum est: nam ad illam custo-
diam se libera, & tacita promissione obligarunt. Dico se-
cundum. Qui salario conductus rem seruat, & ea pro-
pter leuem eius, leuissimamue culpam surripitur, aut
pereat, tenetur ad illius restitutionem. Talis est seruus
relictus a domino in custodia rerum suarum. Tales iti-
dem sunt artifices, quibus relinquimus materias ad ope-
ra fabrefacienda, & alij similes. Et certe de stabulariis id
decernunt Ordinarij. Lusit. lib. 5. tit. 64.

2 QVÆST. Quid censet de concustodibus? R E S P. Tenen-
tur omnes, & singuli æque rem suæ custodiæ relictam
custodire, & si pereat, aut surripitur, tenentur ad resti-
tutionem. iuxta regulas proxime dictas. Ita Barthol. L. Ve-
certo. §. fidem. ff. commoda. Ratio est, quia obligatio vniua,
non tollit obligationem alterius, sed æque tenentur sin-
guli, atque omnes.

3 QVÆST. Quid censet de custodibus domus, relictis ad cu-
stodiendos intus inclusos, ne exeant? R E S P. Si malitia tantum
versata est circa incuriam eos custodiendi, ita ut nil am-
plius intenderint negligentes custodes, quam eos liber-
tate detentionis donare, siue culpa incuriæ, seu consen-
sus dimissionis leuis fuerit, siue grauis, non tenentur ad
restitutionem damnorum, quæ liberi exeuntes præter
dimittentium voluntatem fecerunt. Ita Arag. 2. 2. quæst.
62 art. 7. contra Sot. 4. Iust. quæst. 7. art. 3. Ratio est, quia
tales custodes non se obligarunt ad custodienda bo-
na vicinorum, sed tantum domi inclusos, ne euade-
rent.

4 QVÆST. Quid censet de custodibus montium erga ve-
natores, vel cafores lignorum, cum ista casto, & venatio ibi-
dem sint prohibita? R E S P. Peccant lethaliter non manife-
stando huiusmodi venatores, & cafores, quoniam ad
eam detectionem iuramento se adstrinxerunt. Insuper

tenentur ad pœnam restituendam, quæ ex defectu detractionis Reipublicæ, vel populo non fuit adjudicata in Aragon. proximè citatus. Nam licet pœna à transgressu legis non debeat in conscientia nisi post iudicium debetur tamen à custode ante sententiam, per quem tenentur, ne iudicaretur, cum ex officio, & salario tenentur lam procurare. Tenentur insuper restituere damnum in montium truncatione, culpa eorum, & filios non restitutum.

5 QVÆST. Peccantne huiusmodi custodes se occultis sylvis, ut fures licentius vagentur, venentur, & ligna caedant, ut facilius capiantur? RESP. Si damnum permittant, ut deinceps exemplo captorum, alij caueant a damno non peccant, neque tenentur restituere damnum commissum. Ita Nau. c. 17. num. 124. Rol. in sum. 1. p. ca. 124.

7. Ratio est, quia in ea permissione bonum, vultus domini, & Reipublicæ procurant.

6 QVÆST. Quid censes de custodibus urbium, & montium? RESP. Tenentur manifestare nocte inuentos latrones; quia ad id iuramento se obligarunt. Ita citati Doctores.

Clericorum peccata. §. 8.

- 1 An recitatio diuini officij distracta, & indenuotata satisfaciat diuino officio.
- 2 Ad teneatur ad restitutionem fructus beneficij male recitans.
- 3 An satisfaciatur precepto recitatio mentalis.
- 4 An liceat clericis exercere mercaturam per seipsum.
- 5 Quæ proprie appellatur mercatura.
- 6 An liceat clericis exercere mercaturam per alios.
- 7 An liceat clericis exercere aliquam artem.

1 QVÆSTIO. Suppono, ut certissimum, & indubium, quod subdiaconus, & diaconus sacerdos, tenentur recitare diuinum officium, quæro, an satisfaciatur precepto id recitando distracte, & indenuote? RESP. Affirmatiue.

mant plurimi. Host. cap. Dolentes, extrau. de celeb. miss. D.
 Ant. 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 7. Ang. verb. hora. §. 2. 8. Syl. est. in
 aur. rosa. cas. 9. & ver. hora. qu. 11. Gloss. in cap. graui. de celeb.
 miss. Ratio eorum est, quia licet distinctio, attentio, &
 deuotio sint modi concomitantes orationem, & recita-
 tionem officij, & fines intenti ab Ecclesia, vt claret ex c.
 Dolentes. de celeb. miss. modi tamen concomitantes, & fines
 præcepti, non cadunt sub præcepto, teste vtroque D. Tho.
 1. 2. q. 100. art. 9. & 2. 2. q. 4. ar. 4. ad 1. ac proinde sola ipsa
 recitatio præcipitur. Deinde, quia deuotio, & intentio
 sunt actus mere interni: actus vero mere interni, non ca-
 dunt sub præceptum Ecclesiæ, quia Ecclesia, non iudicat
 de interioribus, neque actus internos præcipit, vt docet
 D. Thom. 1. 2. quest. 100. art. 9. Oppositum tamen omni-
 no dicendum cum D. Thom. 2. 2. qu. art. 13. Caietano ibi-
 dem. Palud. in 4. dist. 15. quest. 5. Gabr. in can. lect. 62. Maio-
 re in 4. d. 12. quest. 7. Adrian. quodl. 8. Gersono 3. p. alphab.
 71. lit. f. Caiet. verb. hora. §. 3. Nauar. opusc. de orat. cap. 13. nu.
 22. & c. 20. nu. 31. Sot. 10. Iust. qu. 5. art. 5. concl. 6. Et ita opi-
 nantur omnes summistæ. Colligitur ex 1. Corinth. 14. Si
 orem lingua, mens mea sine fructu est. Ratio germana est,
 quia attentio, deuotio, & distinctio, non sunt puri modi
 orationis, vt pro fundamento supponunt contrariæ sen-
 tentiæ Auctores: sed sunt de ratione & essentia ipsius o-
 rationis: cum vero præcipitur recitatio diuini officij,
 præcipitur oratio, id est, eleuatio mentis ad Deum, cum
 certis verbis, & orationibus: eleuatio autem non fit sine
 intentione mentis, distinctione recitationis, & deuotio-
 ne cordis. Et hinc solum manet primum alterius opi-
 nionis argumentum. Ad secundum vero dico Ecclesiam
 non præcipere actus pure internos, posse tamen præci-
 pere eos, qui ex ipsa rei natura necessarij sunt ad digne
 exequendos externos, quos ipsa præcipit, qui quidem
 habent se inuicem sicut forma, & materia ad constitu-
 endum totum compositum naturale, in quo deficiente
 vna, totum dissoluitur. Non quidem illos præcipit dire-
 cte, sed indirecte, quia necessario requiruntur ad actus,
 qui præcipiuntur directe.

2. QVÆST. Recitans tam male, vt non satisfaciatur præ-
 cepto, teneturne ad restitutionem fructuum perceptorum
 bona

beneficij, ac si non recitaret? R E S P. Teneatur. Ita Vega
cas. 33. cum alijs. Ratio est, quia ita recitans sic apud Deum
 habetur, ac non recitans: Si vero non recitasset, non ha-
 rec fructus, teneaturque ad eorum restitutionem, ege-
 &c. Nam par ratio, idem ius parit. per *cap. Dudum. de
 elect. l. Istud. ff. ad l. Aquiliam.* Deinde, quia constitutio
 quæcumque pœnalis extenditur ad alium casum, quæ
 continetur sub ratione lata saltem verborum, ut patet
 Anton. *cap. fin. de consuetud. & Dominicus, ac Perolin. in
 1. de temp. ordin. lib. 6.* sed male recitans, includitur sub ra-
 mine non recitantis, saltem late sumpto vocabulo, quæ
 coram Deo æstimatur, ac non recitans: ergo, &c. De-
 que, quia priuatio fructus imponitur beneficiario non re-
 citanti ratione culpæ: sed male recitans eandem culpam
 committit, & peiorem, nam ad culpam transgressus
 præcepti recitandi addit mille irreuerentias, factas Deo,
 quo cum loquitur irreuerenter, & scandalum præfati-
 bus, si forte adsint: ergo cum culpa male recitantis gra-
 uior sit culpa non recitantis, magis priuabitur fructibus,
 & tenebitur ad eos perceptos restituendos, quam non
 recitans, ut apparet manifestum in conscientia, & co-
 ram Deo: nam fructus dantur ob laborem, & ser-
 uicium.

3 QVÆST. Peccatne mente tantum, & non voce recitans
 horas canonicas? R E S P. Peccant, & non satisfaciunt præ-
 cepto: quia horæ canonicæ voce sunt profertendæ. Ita
 Tho. 2. 2. q. 63. ar. 13. Alenf. 4. p. q. 9. art. 1. n. 2. Adrian. 2.
 §. Sor. 10. Inst. q. 5. art. 4. Beia 1. p. cas. 55. Gloss. communiter
 recepta Clem. 1. de relig. habetur *ca. Presb. de cel. missi.* Item
 Innoc. c. Dolent. eod. tit. Nau. c. 10. de orat. nu. 47. Probatur
 vero debent cū recitantur in choro ea voce, ut audiantur
 populo, at vero extra chorum, ut verba distincte profer-
 rantur. Quidquid dicat Medin. tract. de orat. q. 1.

4 QVÆST. Licetne clericis exercere mercaturam per se-
 sos? R E S P. Minime. Ita illis prohibetur *cap. Consequens. de
 & capit. Fornicari eadem d. & capit. Quoniam cleric. & capit.
 Negotiatorem. 14. qu. 4. & capit. Prædicat. 16. quest. 1.* Imo cle-
 ricis negotiatoribus apponuntur græ ues pœnæ. Nam no-
 Ne clerici, vel monachi. *capit. secundum iusticia de ceteri*
 tur, ut excommunicentur *cap. Sed nec. eodem tit. præcipi-*

tur, aut suspendantur ab officio Ecclesiastico. Idem statuitur *cap. Consequens est. dist. 88.* At vero *cap. Clericus. dist. 94.* imponitur eis depositionis poena. Denique *cap. Canonum. 14. qu. 4.* iubetur, ut explodantur à clericali confortio. Ideo peccant mortaliter mercaturam exercendo. Quod intelligo per se ipsos, ratione lucri, ut alij mercatores exercent. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 77. art. 4. Soc. 6. iust. qu. 2. art. 2. conclus. 5. Sylu. cleric. 3. q. 3. Armil. empirio. nu. 27. Nauar. cap. 25. num. 110. & 111. Rod. in sum. 2. p. 1. cum Rebuffo. de mereat. minus art. 1. Salced. in pract. crim. cap. 55. Aragon. 2. 2. qu. 67. artic. 4. fol. 644. Comitulus lib. 1. qua 5. aperte traditur à D. Chrysoft. hom. 38. oper. imperf. text. express. in Clem. 1. de vita, & honest. cler.

5 QVAEST. *Qua proprie appellatur mercatura, in qua exercenda peccat grauius clericus?* RESP. Omnes ea & sola, in qua res emitur, ut eadem absque alia artificio adhibito vendatur cum lucro. Ita Comitulus. lib. 1. quaest. 54. cum D. Chrysoft. cit. proxime. Ideo non est mercatura emere animalia macra, ut pinguia facta vendantur, & alia similia in quibus adhibetur industria, labor, & artificio e mentis ad venditionem cum lucro.

6 QVAEST. *Licetne clericis exercere mercaturam per alios?* RESP. Licet, Probat ex Clem. 1. de vita, & honest. cler. ubi inhihetur clericis exercere officium tabernarij, macellarij, & similium personaliter. Si igitur clericus Deo vacet, & precibus, solumque alicui tribuat pecunias, ut mercaturam exerceat amoto scandalo, potest lucrum reportare. Ratio est, quia lucrum non est prohibitum clericis, si ad bonos, & honestos vsus acquiratur. *cap. Cler. d. 91.* Concediturque illis tale honestum lucrum apertissimis verbis in Concil. Agathensi, relato *cap. 1. de cel. miss.* Probat Gloss. *cap. Peruenit. dist. 86. §. auaritia causa. c. Negotiatorem. 8. dist. Panorm. c. 1. Ne clerici, vel monachi.* D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 2.

7 QVAEST. *Licetne clericis aliquam artem exercere?* RESP. Licitum est clericis honestas, & decentes artes per seipsos exercere. Ita definitur in Conc. Carthag. & habetur *cap. Clerici de vit & honest. Cleric. & cap. Clericus. dist. 91. & ca. Nunquam. de consecrat. dist. 5.* Nam Paulus cum Aquila, & Priscilla scenofactoriam artem exercuit. *act. 18.*

Neque

Neque Petrus, aut alij Apostoli piscatoriam artem
 seruit. Ideo possunt clerici emere, vel conducere
 ad eos in sui, suorumque sustentationem excolant.
 Ita Gloss. cap. Peruenit. verb. auaritia. dist. 88. Potest
 emere res, quas sua arte, & industria meliores reddunt
 & meliores vendant cum lucro. Et ideo non erit
 erit emere vinum nouum, quod ex industria factum
 optimum per annos, vt cum lucro vendatur. Ita aliter
 Med. cod. de reb. rest. quest. 30. Syl. clericus. 3. qua. 1. & 2. in
 pluribus, quos citat Host. & Panor. ca. secundum. Nihil
 vel monach. Salo. 2. 2. quest. 77. art. 4. controu. 4. Panor.
 quia negotiatio honesta ex se licita est, imo utilis &
 necessaria Reipublicæ, teste Philosopho, in Polit. & Tullio
 offic.

Columbas nutrientium peccata. §. 9.

- 1 An liceat alicui vti remedijs ad alliciendas
 columbas in suum columbarium.
- 2 An liceat alienas columbas occidere ad euadendum
 damnum propinquarum segetum.

1 **Q**UÆSTIO. Solent nutritores columbarum optime
 columbarijs odores optimos, & aspergere certa
 grana, non vt suas recreent, & nutriant, sed vt
 rapiant potius, quam alliciant ad sua columbaria. Quia
 cas. R. S. P. Peccare mortaliter. Ita Nau. cap. 17. de
 tenerique ad restitutionem columbarum, & filiorum
 lictorum. notat Roderic. p. 2. sum. cap. 19. nu. 2.

2 **Q**UÆST. Desinit lex certos terminos, intra quos
 vicinitatem columbarij prohibet columbas occidi: Secundu
 ter eosdem terminos segetem habet, sapissime in ea colum
 inuenit, poteritne tuta conscientia illas occidere? R. S. P. De
 terit, si aliter damnum impediri, vel refarciri non possit.

Nam ius ipsum naturale præcipit, damnum
 modo ipso quo potest, impedire dam
 num proprium.



Concubinarij peccata. §. 10.

1 De concubinario occasionem proximam non tollente.

1 **Q**VÆSTIO. Estne in statu damnationis aterna. & peccato habituali concubinarius, qui quantumcunque dolere sibi videatur de præterito. & proponere de futuro, tamen occasionem præscindere non vult? **RESP.** Maxime. Estque status perpetuis lachrymis deplorandus: tene-mur enim sub mortali occasiones proximæ peccatorum remouere, talis vero est cohabitatio, aut conuersatio cõcubinarij cum concubina, præsertim si adhuc valens est, & succi plena, ait Comicus apud Terentium.

Confessoris peccata. §. 11.

1 De absolvente eos, qui manent in occasione proxima peccandi.

2 An peccet confessorius absoluendo pœnitentem, quem certo scit sibi mentiri.

3 An teneatur confessor, qui absoluit impœnitentem, illum monere, vt vere confiteatur, quia præterita confessio fuit nulla.

4 An teneatur confessorius imponere pœnitentiam iuxta grauitatem peccatorum.

5 Quæ pœnitentia imponenda confessorio pro peccato dubio.

1 **Q**VÆSTIO. Peccatne lethaliter confessorius absolvens concubinarios publicos, aut secretos quantumcunque de præterito dolere affirmant, & de futuro proponere, antequam promittant se inuicem separandos, aut separatos esse dicant? **RESP.** Peccat. Sunt enim tales concubinarii in statu habitualis peccati: debetque confessor sibi persuadere eos, aut raro, aut nunquam ita habitando peccatum relicturos. Ita Nau. ca. 16 num. 345. & in Add. ad c. 3. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 20. Sot. in 4. d. 18 q. 3. ar. 3. Angel. conf. 6. §. 2. & concubinatus. Syl. conf. qu. 8. & confess.

libet

sunt enim huiusmodi peccatores in occasione peccandi, quam tollere obligantur; tum ratione scandalum ratione reincidenti in similia peccata, de quibus sunt moraliter certi.

2 QVAEST. Peccatne mortaliter confessor, qui clare scit, aut verissimiliter credit poenitentem mentiri in confessione, et tamen velleque ipsum fallere, et tamen talem impoentem admittere. RESP. Peccat. Late probat hanc conclusionem Conc. 4. cum plurimis, quos citat, & refert.

3 QVAEST. Ob incuriam, & negligentiam omisit confessarius certam rogationem de circumstantia necessaria confessionis integritatem, rogo, an teneatur poenitentem monere de defectu commisso? RESP. Iam respondi tertia parte huius examinis, cum me de sacramento poenitentiae interrogasti; non licere confessario extra confessionem loqui cum eodem confitente, absque illius licentia de peccatis auditis in confessione. Nunc tamen dico hunc defectum esse urgentem causam, obligantem confessarium ad attendendam a confitente facultatem, ut illum monere de necessaria circa factam confessionem. Ac proinde in initio absque scandalo fieri potest, tenetur talis confessorius poenitentem monere, dummodo illi non obortum graue detrimentum. Ita Sylu. confessor. 3. qu. 14. Melua confess. qu. 26. & 27. Sor. in 4. d. 18. qu. 2. art. 4. & 5. Navar. ca. 17. nu. 22. & 23. & cap. 6. num. 1. & 4. Cordub. q. 7. f. 1. autem absque scandalo, si confessor, culpam in leuius reijciat.

4 QVAEST. Teneturne confessor imponere poenitentiam iuxta gravitatem peccatorum, maiorem, vel minorem? RESP. Tenetur, & aliter faciendum absque rationabili causa peccat lethaliter contra praecipuum Ecclesiae, & officii obligationem. Ita praecipitur in Conc. Trid. sess. 4. cap. 1. ubi ait: Debent sacerdotes, quantum spiritus, & praesens subiecerint pro qualitate criminum satisfactioes imponere. Praecipitur in Conc. Mogunt. 2. c. 3. & Niffen. c. 12. de poen. & remiss. cap. ex multis. de poen. d. 1. tradit Ang. in 4. chirid. c. 65. Probat Suar. disp. de satisfact. Sect. 2.

5 QVAEST. Peccatne confessor imponendo poenitentiam arbitrariam pro peccato, quod neque ipse, neque poenitens cogit esse mortale, vel veniale; sed tantum esse culpam? RESP. Min.

Minime quidem, nisi aliunde augetur culpa. Ita Adriā.
in 4. de confess. quest. 4. dub. 7. & quodl. 5. art. 2. Medin. de
confess. quest. 26. & 27. Gabr. in 4. dist. 17. quest. 1. dub. 2.
Sylu. confess. 3. quest. 6. 7. 10. 11. 14. Sor. in 4. d. 18. q. 2. art. 4.
& 5. Nau. c. 13. num. 22. & 23. Cord. qu. 9.

Canonicorum peccata. §. 12.

- 1 An teneatur canonicus canere in choro ad lucrandas distributiones.
- 2 An teneatur canonicus ad restituendas distributiones, quas percepit si non cecinit.

QVAESTIO. Teneturne canonicus ad lucrandas distributiones quotidianas canere officium diuinum in choro cū alijs, an sufficit recitare intra se solū, imo satiusne est solū assistere? RESP. Tenetur in choro canere cū alijs. Ita illis præcipitur à Concil. Tridentin. hisce verbis. *ses. 24. de reformat. cap. 12.* Omnes per se, & non per substitutos compellantur obire diuina officia, atque in choro ad psallendum hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distincte, deuoteque laudare. Caictanus vero libr. 17. respons. resp. 8. eos obligat sub lethali ad totam suam dimidiam partem canere cum suis.

2 QVAEST. Tenenturne ad restitutionem distributionum, quas acceperunt pro sola assistentia chori non psallendo? RESP. Tenentur. Ita Alenf. 4. 4. p. quest. 9. ar. 1. num. 2. Habetur c. Presb. de celeb. miss. docet Innoc. c. Dolentes, eodem tit. Nauar. c. 10. de orat. n. 47. Sor. 10. Iust. q. 5. ar. 4. Beia. 1. p. cas. 55. Ratio est, quia fructus beneficij dantur propter officium: cum igitur officium canonici sit recitare officium diuinum in choro, expresse decreuit Concil. Trid. citat. non obeundo officium, nequit in conscientia percipere fructus beneficij, sicut curati non recitantes extra chorum.

Compensantium peccata. §. 13.

- 1 An liceat facere secretam compensationem.
- 2 De quibus rebus liceat facere compensationem.
- 3 An liceat facere compensationem ex deposito.

Medull. Casuum.

Kkk

4 An

4 An liceat facere compensationem ex rebus quae me relictis demortui debitoris.

1 QVAESTIO. Licetne secreta compensatio, in causa iusta: RESP. Maxime. Ita Medin. de rebus quest. 3. art. 12. & qu. 1. Sor. 5. Inst. q. 3. ar. 3. ad l. de cap. 17. nu. 107. Causa vero iusta secundum eorum auctores, est probabile periculum amittendae actionis publice, vel in iudicio res debita petatur, periculum tamen vel contumeliarum, & similia: Non peccat igitur creditor certus sui debiti, quod aliter extorquere nequit sine periculo grauis incommodi, clam se compensat, et non debitoris. Certus dixi, quia si incertus est, & dubium habet anne illi res, an non, peccat se compensando, graue aut leuiter, iuxta grauitatem, aut leuitatem rei ablatam: rulo compensationis: quoniam in dubio melior est conditio possidentis, vt alibi iam non respondi.

2 QVAEST. De quibus rebus fieri potest compensatio: Ita iuxta Panor. c. Bona fides. de deposito. ex solis rebus similibus omnino, & haec solae sunt, quae constant, numero, pondere, vel mensura: & aliter minime, v. g. debet mihi equum, non possum facere compensationem in pecunia vel tritico, &c. Dico tamen. Opinio Panor. admodum in foro fori, non tamen coram Deo in foro poli. Ita Med. Ioan. cod. de red. restit. quest. 7. causa. 12. Comit. lib. 3. quest. 39. Et ideo si compensatio fit in re dissimili, tenetur compensator reddere debitori excessum valorum supra debitum.

3 QVAEST. Possumne facere compensationem ex deposito: RESP. Minime. Ita cauetur Decret. Bona fides. de deposito l. postrema. Cod. de compensat.

4 QVAEST. Habeo apud me res Petri viuae fructu, & debentis centum aureos, scio illum de vita migrasse cum aliquot diebus antiquioribus, rogo, an possim retinere res, quas habeo in compensationem mei debiti? RESP. Scio responsum potest retardari ex eo, quod Petrus viuus teneretur prius potest debita persolvere, si non esset omnibus simul solvendo. Dico tamen, potes eam facere compensationem. Ita Comit. lib. 3. respons. qu. 39. Ratio est, quia non tenetur

ita rebus alienis prouidere, vt tuarum facias iacturam, & e manibus sinas labi, quod præ illis habes, neque est lex quæ illum ordinem in compensatione præcipiat, vt ostendit Comit. citat.

AD LIT. D.

CAPVT VI.

Delatoris peccata §. i.

- 1 Ad quid tenetur delator falsi criminis.
- 2 An teneamur deferre illum, cui non profuit fraternæ correctio.
- 3 An teneamur deferre cum propria infamia reum læsæ maiestatis.
- 4 An cum periculo propriæ vitæ teneamur denunciare de crimine particulari.
- 5 An hæreticus occultus teneatur se ipsum deferre.
- 6 Quid intendere tenetur delator in denunciatione.

QVÆSTIO. Ad quid tenetur delator falsi criminis?
RESP. Delator, seu denunciator falsi criminis, tenetur ad damnum parti subortum ex falsa criminatione: duplex enim in falsa denunciatione committitur peccatum, vnum sacrilegij falsi testimonij iurati: alterum infamiae rei, & causæ damni illati, hoc igitur, & infamiam tenetur restituere, vt est manifestum ex terminis. Ita D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. ad 3.

2 **QVÆST.** Si præmissa correctione fraternæ, quæ non profuit, adhuc reus criminis perseverat in scelere, tenemurne sub mortali, illum deferre? **RESP.** Tenemur. Ita nobis præcipit Christus Dominus: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum: si te non audierit, dic Ecclesie.

3 **QVÆST.** Quando crimen vergit in damnum commune

Reipublica, vel regia persona, tenemur de ferre cum periculo infamia, si non aliunde speretur emenda: R. B. SP. Tenetur quia iure naturali obligamur bonum commune ante re particulari. Et ideo tenetur filius sub mortali de ferre patrem proprium de crimine hæresis, vel læsæ maiestatis, aut alterius in commune tendentis periculum cum aliter ei subueniri non potest. Ita Syluest. filius 1. Alenf. 3. p. q. 33. Tolet. lib. 5. cap. 57. Et ideo benigne interpretandus Roder. à Cunha. q. 19. cum oppositum videtur sentire, loquens in specie de muliere sollicitata confessione.

4. **QVAEST.** Teneturne qui denuntiare (non interuenire bono communi) cum periculo amittenda vita propria? Minime. Ita Sor. 5. Iust. qu. 6. art. 4. Syl. melius q. 7. Comitol. lib. 5. resp. quæst. 7. n. 8. Gabr. in 4. d. 18. qu. 3. art. 3. Roder. excommun. 6. Sylu. excomm. 5. qu. 14. Armil. ibi. n. 9. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. & in 4. d. 15. quæst. 3. art. 2. 4. Almai. tract. 1. moral. c. 3. prop. 4. Azor. tom. 1. l. 1. de vita Naua. & Alenf. quos citat. Ledesm. 2. 4. q. 2. 5. art. 3. de 2. Suar. de cens. disputat. 14. Sect. 3. nu. 13. & disput. 20. S. 2. q. 9. & tom. 2. Relig. lib. 4. de hor. can. cap. 27. in 30. & hæc est omnium concors opinio Doctorum. Imo neque cum periculo vitæ filiorum text. express. L. Isti quidem in quod metus causa. Tradit Sanch. lib. 4. disp. 4. nu. 5. Comitol. lib. 3. q. 2. Tiraq. in pref. L. Si unquam. num. 7. Cod. de reuoc. don. Alciat. de presump. reg. 1. presump. 1. Roland. cap. 2. de 61. vol. 1. Imo neque cum periculo vitæ aliorum ascendentiū, & descendentiū. Ita Sanch. cū alijs. disp. 4. n. 4. & 6. prop. c. Cum locū. n. 10. de sponsal. Imo neque cū periculo vitæ viri, aut vxoris. Ita Sanch. cit. loc. num. 3. Henric. lib. 1. de matr. cap. 9. num. 5. Sor. in 4. d. 29. q. 1. art. 2. ibi D. Tho. Bonet. Cum locū. n. 5. de spon. Turrecrem. in sum. 3. 1. q. 2. n. 7. de metus. q. 1. ibi. Angel. Ratio est, quia vir, & vxor sunt coniuncti in carne vna. Imo neque cum periculo vitæ fratrum. Ita Sanch. disput. 4. num. 7. Ratio est, quia Natura arctissime iunxit amore fratres. Imo neque cum periculo amittendi honoris. Ita Barbatius. cons. 6. n. 3. vol. Gabr. tom. 2. de communium. li. 11. verb. mot. col. 2. Padilha L. Interpositus. in 1. Cod. de transact. & alii, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 4. disp. 5. n. 11. & probat Cunha. q. 19.

5 QVAEST. Teneturne hareticus occultus se ipsum Inquisitoribus deferre? RESP. Minime. Ita Roias *fin. 3. nu. 35.* Si manch. *de Iust. cach. 6. 42. num. 13.*

6 QVAEST. Quid intendere tenetur delator, in denunciatione? RESP. Bonum commune, scilicet emendam aliorum in posterum, nam si denunciat, ut alteri noceat, peccat grauitur, aut leuiter iuxta damni inferendi intentionem. Ita Card. Tol. *lib. 5. c. 57.*

Depositarij peccata. §. 2.

1 An fieri possit compensatio ex pecunia in deposito habitæ.

2 An uti possim rebus in deposito habitis.

1 QVAESTIO. Qui in deposito habet pecunias, poteritne illis negotiari, & lucrum sibi reseruare? RESP. Potest, dummodo non sit in mora reddendi, cum ab eo petuntur. Ita Card. Tolet. *lib. 5. cap. 22. num. 6.* Ratio est, quia illud lucrum est suæ industriæ.

2 QVAEST. Habeo in deposito vas aureum, vel argenteum, aut vestes sericas, & similia, possimne eis uti? RESP. Si ex visu talis rei in deposito habitæ nullum, aut leuissimum patiatur detrimentum, potes. Ita Card. Tolet. *lib. 5. cap. 2. num. 6.* Nemini enim facis iniuriam. Aduerterim tamen circa eos, qui sub pignore occulto dant mutuas pecunias honestis personis, quæ cum rubore apud eos suam indigentiam declararunt: eos quidem grauitur peccare, cum pignora nota ostendunt, eis apud hospites utendo, veluti pateris, poculis, annulis, catenis, & similibus, manifeste ostendendo res illas apud se esse pignori datas: erunt enim contra fraternam charitatem, quæ præcipit, *quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Læditur etiam grauitur amicitia humana: oriuntur enim inde aliquando graues inimicitia, ut ego ipse experimento vidi.

Diuinorum, seu augurum peccata. §. 3.

1 An liceat augurari futura ex auium cantu, & volatu, aut ex animalium mugitu.

Kkk 3

2 An

- 2 An ex causis naturalibus, liceat conijcere causas naturales.
- 3 An liceat uti chiromantia.
- 4 An diuinus teneatur restituere pretium acceptum pro augurando.
- 5 An uti liceat maleficio ad tollendum aliud maleficium.

1 **Q**VAESTIO. Licetne ex cantu, aut volatu animalium, vagitibus, & similibus rebus naturalibus, ex somnijs, ex sortibus, aut alijs naturalibus conijcere euenta supernaturalia, & ea, quae pendent ex libero hominis arbitrio? RESP. Minime. Sed peccat leuitate, qui talia diuinat certo. Ita D. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 7. & ibi. Caiet. Sot. 8. Inst. q. 3. art. 1.

2 **Q**VAEST. Licetne ex illis euentis naturalibus conijcere naturalia? RESP. Licet. Ita D. Thom. & alij ceteri Doctores, & idem D. Thom. 3. contra gent. cap. 93. Abb. in opuscul. astron. cap. 31. Medin. de rect. in Deum fid. lib. 4. cap. 1. Dedit enim Auctor Naturae cognitionem quandam prauiam animantibus ratione carentibus, ut se moueat contra pluuiam, tonitrua, fulgura, tempestates, insuper, ut exeant rutae ad pastum. Similiter ex complexionibus naturali, naturaliter sequi debent tales effectus, nisi à diuina gratia, & hominis libera volitione impediantur. Sed ex abundantia cholerae, sanguinis, & alterius humoris, ex qua abundantia naturaliter sequitur propensio ad luxuriam, ad luxuriam, & similia. Certo tamen affirmat hunc hominem futurum vitiosum, vel virtuosum, et verum, & superstitiosum, contra scripturam asserentem Deum solum scrutatorem esse cordis.

3 **Q**VAEST. Licetne uti chiromantia? RESP. Minime. Ita prohibetur in iure, loca asserunt Castr. li. 1. de heret. pun. c. 13. Simanch. de inst. cath. cap. 21. n. 180. Nau. lib. 4. rest. c. 2. n. 109. Ideo peccat iuxta hos Auctores, maleficer, qui chiromantia utitur.

4 **Q**VAEST. Teneturne diuinus restituere pecuniam, quae accepit à consulentibus pro responsis petitis, & acceptis à de-

pone? R E SP. Minime. Ita Roder. verb. diuinare. cap. 8. n. 4.
Nau. lib. 1. de restit. Ratio sumitur a communi restitutio-
nis regula, iuxta quam non tenetur quis restituere pre-
tium, quod accepit ob rem turpem faciendam, vt iā res-
pondi in propria materia: diuinus vero operam suam
turpem adhibuit, & ideo pretium non tenetur redde-
re.

5 QVAEST. Adest iustissima causa quarendi remedium ad
tollendum maleficium, nulla subest nisi per aliud maleficium,
sicebitne vno maleficio tollere aliud, hoc est, consulere diuinum,
Ius demonem per diuinum de remedio adhibendo ad tollendum
maleficium; R E SP. Nequaquam: quia illa consultatio est
intrinsece mala, & ideo ex nullo bono fine cohonestari
potest: non enim sunt facienda mala, vt eueniant bona.
Ita Cou. c. Quamuis pactum. 1. p. §. 1. n. 9.

AD LIT. E.

CAPVT VII.

Episcoporum peccata. §. 1.

- 1 De episcopatus desiderio.
- 2 An liceat episcopo renunciare episcopatu, cum de-
trimento boni communis.
- 3 Ad quid tenetur religiosus factus episcopus circa re-
ligionis obseruantiam.
- 4 De bonis religiosi facti episcopi.
- 5 An episcopi consecrati fruuntur beneficiis.
- 6 Quid potest episcopus circa peccata reseruata
Papa.
- 7 Quando peccant episcopi in conferendis benefi-
cijs.
- 8 Ad quid tenetur episcopus ratione officij pastoralis.

Kkk 4

9 Quid

- 9 Quid est dicendum de residentia episcoporum.
- 10 An episcopus, qui vouit post episcopatum religionem, teneatur ingredi religionem, relicto episcopatu.
- 11 An qui habet votum religionis, possit accepto episcopatum non ingrediendo religionem.
- 12 An teneatur Episcopus insaniam sibi impossibilem ostendere esse falsam.
- 13 An possit Episcopus prohibere, ne predicetur in parochiis sua urbis, cum predicatur in cathedrali.

QVAESTIO. De episcopatus desiderio quid censetur, ne, an virtuti tribuendum? RESP. Dico primum. Qui Episcopatum desiderat ob solos redditus ecclesiasticos, tanquam ob finem principalem, peccat mortaliter. Ita Sylu. *Episcop.* §. 4. Ratio est, quia humilior deprauiata diuitiarum cupiditas grauius repugnat bono communi, vt notat Tolet. *l. 5. cap. 3.* Idemque dicitur est de desiderio episcopi circa pinguiorem episcopatum, vt docet Nau. *in apolog. de redd. ecclesiast. quest. 1. mon. 1. num. 2.* si talis sit transitus propter solos pinguiores redditus: quia est inordinata notabiliter auaritia. *Dispendendum.* Qui episcopatum desiderat ob solam propriam excellentiam, & honorem, tanquam propter finem principalem, peccat mortaliter, quia est inordinata notabiliter ambitio. Ita Med. *lib. 1. sum. ca. 16. §. 1.* & Nauar. *ca. 16. co. tertium*, qui episcopatum desiderat ob solam conuulsiueque utilitatem, tanquam ob finem principalem, peccat mortaliter, quia est quaedam notabilis amoris proprii affectio. Ita Med. *citatus.* Dico 4. Desiderare episcopatum, qui altior est perfectionis status, peccatum est mortale iuxta D. Thom. 2. 2. *qa. 185. ar. 1. quia*, inquit, *propter grauis circa altitudinem status periculosi.* Veniale verotantum iuxta Tolet. *loc. cit.* Desiderare igitur episcopatum propter bonum finem, id est, propter bonum commu-

ne Ecclesiæ, vt scilicet ab idoneo pastore gubernetur, bonum est opus iuxta D. Paulum ad Timoth. 3. qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 3. & ibid. Caiet.

2 QVÆST. Gubernat optimis moribus Alexius suas oves inuadit animum accensa cupiditas proprie quietis, & consolationis: sed occurrit menti spirituale detrimentum euenturum omnibus peccatne mortaliter in successu? R E S P. Peccat. Ita aperte colligitur ex capit. 1. & c. Nisi de renun. Ratio est, quia naturali iure tenemur anteferre bonum commune particulari cap. Si indulgentiam. de foro comp. probatque Nau. tom. 1. cons. tit. de renunc. conj. 4. Ostenditque ipsum naturæ lumen.

3 QVÆST. Religiosus factus episcopus ad quid tenetur, circa religionis obseruantiam? R E S P. Ad tria vota essentialia, nimirum ad obedientiam peculiarem Papæ (translata enim est à superioribus religionis ad Papam) Ad castitatem (non tamen maiori vinculo voti, vt placuit Tolet. lib. 5. capit. 4. quanquam ratione scandali, grauius peccaret, quam monachus) Ad paupertatem, quoad dominium rerum, quo vero ad vsus, seruanda est consuetudo tolerata reliquorum episcoporum. Ita communiter Doctores cum D. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 8. Dico secundum, Tenetur gestare habitum religionis suæ. Ita communis schola docet Tol. libr. 5. capit. 4. Saa. verb. episc. numer. 11. Circa hoc non seruandus est vestium vsus, iuxta nouum rituale episcopis iustum. Dico tertium. Tenetur insuper seruare religionis suæ statuta, & obseruantias, quæ statui episcopali non repugnant. Oppositum docuit Saa. verb. episcopus. in 11. Caiet. opusc. 27. cap. 22. Sot. 10. iust. quæst. 5. artic. 7. Couar. cap. 1. de rest. num. 18. Sed conclusio est D. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 8. & ratio sancti Doctoris est efficax, quoniam transitus monachi ad episcopatum, est transitus perfecti ad perfectius, ergo secum ducit, quæ perfectionem maiorem iuuare possunt. Illas igitur obseruantias religionis, quæ ipsum episcopum iuuant in maiori perfectione, tenetur episcopus non deserere. Quæ vero religionis obseruantia ipsū non iuuant, declarat D. Thom. esse solitudinem, silentiū, vigiliis immodicas, abstinentias graues, & similes, quæ

sanctam impediunt diligentem curam pastorem. Vnde nequaquam audiendus Cardin. Tolet. *libr. 5. capit. 4.* non obligat monachum Carthusianum factum episcopum tota vita vesci piscibus, nisi cum eo dispensetur. Si tamen monachus erat Diu. Francisci, non videtur exco-
 sandus abstinere carnibus die Natalis Domini, cum accidit feria sexta, quia ad id obligat illius religionis regula, ut voluit Caeteran. Soc. Couar. *citat.* neque illa abstinentia impedit officium pastorale. Et intra hanc expositionem intelligenda sunt, quae dixi *p. cap. 6. nu. 2. ob*
 4 QVÆST. Cuius sunt bona episcopi antea monachi, qui acquisiuit post episcopatum susceptum? RES P. Ecclesie episcopatus. Ita *ca. Stat. 11. qu. 1.* & ita Doctores *ca. Testam. ri. cum Couar. nu. 19.*

5 QVÆST. Fruuntur bene episcopi iam consecrati beneficiis simplicibus, quae ante consecrationem habebant, vel possunt nona possidere absque dispensatione? RES P. Minime. Ita *Pe. norm. in ca. Ecclesia vestra nu. 2. de elect. Nau. in add. ad lib. 3. cons. de concess. prab. cons. 3.*

6 QVÆST. Quid potest Episcopus circa peccata occulta seruata Papae? RES P. Potest illa absolvere per se, vel per suos vicarios, praeterquam ab haeresi, quia de haeresi ipsi possunt absolvere, quo ad forum conscientiae. Ita decernitur in Trident. *sessi. 24. cap. 6.* Quae potestas non est ordinaria, ut voluit Saa. *verb. episcop. nu. 37.* citans per se Cordubam, Bannes, & Vualdum, sed delegata: potestas vero delegata, non potest subdelegari.

7 QVÆST. Quando peccant mortaliter in conferendo beneficijs? RES P. Cum in primis ea conferunt indignis: tenentur ad restitutionem secundum omnes, facienda autem est restitutio Ecclesiae, cuius est beneficium. Ita Syluest. *rest. 3. §. 5.* Scot. *4. Inst. qu. 6. art. 3.* Tolet. *li. 3. cap. 6.* Valent. *tom. 3. disp. 5. qu. 7. art. 2.* Ang. *rest. 2. nu. 1.* Pedana. *praecept. 7. d. 36.* Mercat. *L. 6. cap. 17.* quos citat, & sequitur Saa. *verb. elect. num. 7.* sed hac de re iam respondi *in de beneficiario.*

8 QVÆST. Ad quid tenetur Episcopus ratione officij pastoralis? RES P. Ad concionandum per se, vel per alios viros doctos, & pios. Ita Trid. *sessi. 5. cap. 1.* Deinde tenetur singulis annis Synodum cogere dioecesanam de prouidendo Ecclesiae

Ecclesie statu. Ita Trident. *sessio. 24. capit. 2.* Tenetur præterea singulis annis per se, vel per alios visitare Episcopatus parochias. Ita Concil. Trident. *sessio. 24. capit. 3.* Sed hæc de re standum est consuetudini locorum per contrarios actus abrogatæ, aut saltem toleratæ. Tenentur denique conferre sacramentum Confirmationis. Quæ in re dolenda vehementer Prælatorum incuria, propter quam gratia fortitudinis erga perfidiæ phalanges priuantur Christi milites, cum non leui detrimento animorum, neque à lethali culpa parum solliciti pastores excusari possunt. Ita Viuald. *de confirmat. titul. de ministro. num. 7.* Peccat etiam mortaliter confirmando non subditos. Ita Viuald. *proxime citato loco.* cum Sylu. & Arm. quos refert.

9 QVÆST. *Quid dicendum habes de eorum residentia?*
RESP. Obnixè rogo, vt hanc rogationem serues ad quæstiones de parochia, ne iterum cogar de eadem respondere.

10 QVÆST. *Voluit Episcopus religionem, teneturne religionem iurare, relicto episcopatu?* RESP. Affirmat Tolet. *libr. quinto, capit. 6.* habita prius à Papa licentia; eam vero petere tenetur iuxta Sylu. *votum 2. §. 1.* & Palud. quem citat. Oppositum tamen dicendum arbitror, iuxta Diu. Thom. 2. 2. *quæst. 185. artic. 3.* & veram rationem. Nam non datur obligatio transitus à perfectiori ad imperfectiorem statum, veluti à virginitate ad nuptias, ac proinde licet quis vouisset nuptias indeterminate cum paupere virgine ad seruandam illius castitatem, aut cum prostituta meretrice ad illam à turpitudine liberandam, indeterminate, inquam, hoc est, non iurando alicui certæ virgini pauperi, aut meretrici, adhuc posset permanere in cœlibatu: sed episcopatus est perfectior status, quam religio, iuxta D. Thom. 2. 2. *quæst. 184.* & Sylu. *Episcopus. qu. 2.* Ergo, &c.

11 QVÆST. *Qui vouit religionem, & sit Episcopus, teneturne prius ingredi religionem, quam accipiet episcopatum?* RESP. Teneri videtur innui *capit. 10. de Voto.* casus tamen illius capituli fuit particularis, & ideo non extendendus ad omnes, ac proinde non tenetur. Ita Saa. *Ver. episcop. num. 1.*

12 QVAEST. Fuit episcopo irrogata grauis infamia, potest mortaliter, si non studeat eam à se repellere? RES P. Peccata Saa. verb. episc. nu. 13. neq. adducit rationem. Erruitur ex tere ex scandalo, quod inde oues accipiunt, nisi se ostendat innocentem.

13 QVAEST. Licet ne episcopo prohibere, ne predicetur in parochia, dum predicatur in cathedrali urbis, aut oppidi, commoratur? RES P. Minime. Ita declarauit Cong. Cate. teste Saa. verb. Episcopus. nu. 45.

Electorum, seu suffragatorum
peccata. §. 2.

- 1 Quae est valida electio.
- 2 Quae electio dicitur minus libera.
- 3 De electione coacta.
- 4 An in aliquo euentu possit eligi indignus.
- 5 An praeses teneatur acceptare iustam electionem.
- 6 An praeses possit non acceptare electionem indignam sibi noti.
- 7 Qui sunt incapaces ad eligendum.
- 8 Qui non possunt eligi.
- 6 Quis infamis non potest eligi.
- 10 An rex teneatur eligere ad optiores magistratus.
- II De electoribus minus digni in oppositione beneficii.

I QVAESTIO. Sciscitor prius ad fundamentum aliarum rogationum, quae electio est inualida? RES P. Quae minus liberè fuit facta, ipso facto inualida est. Ita decreuit sanctissimus Pius V. in bulla Pastoralis.

2 QVAEST. Quae electio dicitur minus libera? RES P. Quae in primis facta fuit per metum. Ita definitur ipso iure. cap. Vbi periculum §. ceterum. de elect. Omnis autem metus, etiam iustus, reddit quoad Deum actum nullum, iuxta Nauar. capit. 17. numer. 29. §. in 2. m. et cap. 22. numer. 51. Item, quae facta fuit per limitationem personarum, et haec appellatur electio coactata, vt cum dicitur praesens

congre-

congregationis Nomino Petrum, Ioannem, & Iacobum,
ex his tribus eligite vnum in abbatem.

3 QVÆST. Dicitur ne coarctata electio, cum præses proponit
tres, aut quatuor sibi viros digniores, & dicit, ex his, vel alijs
eligite, quem volueritis in abbatem? RESP. Minime, quia in
hoc præses nil aliud facit, quam aperit suam mentem
circa sibi viros digniores.

4 QVÆST. Est statutum religionis, ut non eligantur ad
tale munus, nisi ex tali, vel tali natione: sunt omnes illius natio-
nis indigni, tenebuntur ne electores indignos ex illa natione eli-
gere? RESP. Minime. Imo grauitur Deum offendent:
mens enim institutionis fuit dignitates digno deferre, &
non indigno in quocunque euentu. Colligitur hæc veri-
tas ex D. Thom. 2. 2. quest. 62. art. 2. Sot. 3. iust. art. 2. col. 3.
& simili. Nam si quis statutum habeat, ut capella deuen-
iat ad vnum ex familia, & in familia non inueniatur
sacerdos dignus, eligi potest extraneus.

5 QVÆST. Peccatne præses mortaliter, non acceptando in-
iustam electionem? RESP. Peccat, & secunda electio est nul-
la, teneturque ad restitutionem primo electo, quia iniu-
ste illum priuat re, in qua iam habet ius in re per canoni-
cam electionem.

6 QVÆST. Nouit bene præses congregationis electum esse
indignum, licebit ne electionem non acceptare, & ita inbere, ut
alius eligatur, ob certas sibi notas rationes? RESP. Si certus
sit indignitatis electi, licebit coram Deo (quidquid sit
erga homines) semoto tamen scandalo procedendi cum
odio personæ, & non indignitatis.

7 QVÆST. Qui sunt incapaces ad eligendum, licet sint de
electoribus? RESP. Suspensi ab officio, interdicti, & ex-
communicati maiori excommunicatione. Ita Syluest.
elect. 1. num. 17. Couar. capit. Alma. §. 7. num. 9. probantque
idlatè ex iure. Excommunicatus vero intelligendus est
non toleratus, quia tolerans, per excommunicationem
occultam, eligens ut persona publica, quia ad illum, ut
talem pertinet electio, validè elegit.

8 QVÆST. Qui reijciuntur à iure, ut eligantur in digni-
tates? RESP. Interdicti, & qui interdictum fregerunt,
suspensi, illegitimi, infames, excommunicati maiori ex-
communicatione. Et ideo grauitur peccant electores,
qui

Excommunicatorum peccata. §. 3.

- 1 An excommunicatio liget ignorantes monitorium, nisi post sex dies transactos.
- 2 De perplexitate duorum excommunicatorum se inuicem absoluedi potestate pollentium.
- 3 An excommunicatus sit prius absoluedus ab excommunicatione, quam à peccatis.
- 4 An valeat absolutio à peccatis data ante absoluti-
onem ab excommunicatione.

1 **Q**VAESTIO. Inciditne in excommunicationem, qui post sex dies transactos monitorij, cognoscit monitorium fuisse promulgatum erga eos, qui rem certam non redderent, & eam habens non reddit: **R**ESP. Minime. Ratio est, quia excommunicatio ultra terminum assignatum, non habet vigorem, nec ligat contumaces extra illud tempus, si intra illud nihil de ea sciuerunt, neque intentio iudicis est ligare contumaces extra illud tempus, sed solum contumaces intra illud. Ita Tabien. *excommunicat.* 4. §. 4. Armil. *ibidem* §. 34. Nauar. *capit* 27. *numer* 1. Beia. *casu* 47. 1. p.

2 **Q**VAESTIO. Sunt duo tantum presbyteri approbati in uno oppido notorij clerici percussores, adest necessitas confitendi, quisque habet facultatem absoluedi ab excommunicatione in foro penitentiali: Rogo, an se inuicem possint absolueri ab excommunicatione? Ratio dubitandi est, quia excommunicatus maiori excommunicatione priuatur actiua administratione omnium sacramentorum, ut iam dixisti in suo loco? **R**ESP. Credo quidem posse, quia necessitas non habet legem: nam in necessitate licet excommunicato baptizare *capit.* Prater 32. *dist.* Deinde in eadem necessitate potest absolueri à peccatis, ut docet Tabien. *absolutio* 2. §. 6. Roderi. *de Reg. quest.* 20. *artic.* 12. Ergo in eadem necessitate poterit absolueri ab excommunicatione. Nec aliud credendum est, de pia Ecclesiae voluntate erga filios.

3 **Q**VAESTIO. Estne prius absoluedus excommunicatus ab
excom-

excommunicatione, quam à peccatis? R E S P. Maxime
 communiter Doctores. Palud. in 4. d. 17. quæst. 5. art. 1.
 Sot. in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 1.
 S. 4. Sylu. confess. 3. p. quæst. 1. Navar. cap. 9. num. 4. &
 cap. Fratres. de pœnit. dist. 5. num. 38. Ratio est, quia excom-
 municatus tam maiori, quam minori excommunicatione
 ne est à passiva sacramentorum participatione per-
 clesiam priuatus. capit. Si celebr. de cler. excomm. in 1. q. 1.
 Si celebr. cap. Engeltrudam 3. 4. quæst. Ire vero contra
 præceptum ex sententia eorundem Auctorum est mu-
 tale, illud verò appellat D. Thom. 2. 2. qu. 99. art. 3. per
 legium.

4 Q V A E S T. Valeat absolutio à peccatis, data ante abso-
 lutionem excommunicationis? R E S P. Si excommunicatus
 sciat impedimentum, minime, quia est impœnitens pe-
 cando. Dico secundum: Si excommunicatus impe-
 dimentum ignoret: vel si per eum non stat, ut absoluitur
 ab excommunicatione, imo est vere pœnitens. Negat
 adhuc Auctores proxime citati: in super Adrian. in 4. d. 18.
 de matrimo. quæst. 2. Syluest. confess. 1. num. 5. Tabien. de
 §. 26. Armil. absolutio. communiorem, & tutiorem appo-
 lar sententiam. Ratio eorum est, quia excommunicatus
 est incapax passivæ sacramentorum participationis, si
 si celebrat, de cleric. excomm. minist. Oppositum tamen
 dicendum, cum adest bona fides in suscipiente abso-
 lutionem sacramentalem. Ita Richard. in 4. d. 18. art. 1. q. 1.
 4. & clarius art. 7. quæst. 1. Angel. confessio. 5. §. 10. & cap. 1.
 1. §. 20. Caietan. verb. absolutio. impedimentum, & non
 confessio. iteratio, & in opusc. de qualitat. confess. quæst. 1. Navar.
 9. Couar. cap. Alma. p. 1. §. 6. Pet. Sot. in instruct. sacer. p. 1.
 de excommuni. Comitol. lib. 6. quæst. 26. Ratio sumitur
 æqualitate, & clementia Matris Ecclesiæ: in super qua
 ut notat Caietanus, nullibi ita fieri prohibitum est
 Ecclesia. Ira etiam asseruerunt Supplementum confessio.
 §. 4. Medin. in sum. lib. 1. capi. 11. §. 3. Ratio eorum est. Quia
 si excommunicatus alia sacramenta recipiat, vera sacra-
 menta recipit. Si confirmetur, & ordinetur. cap. 1. De
 qui furtive ordines suscepit: si consecret. cap. De bonis
 celebr. miss. & cap. Intra Catholicam 1. quæst. 1. si vagantur
 iuxta Doctores in 4. dist. 24. negantes esse iterandam ra-
 tionem.

tionem; quam iam in eadem infirmitate excommuni-
catus suscepit. Si nubat. *cap. Significasti de eo, qui dux. in*
mat. quam pol. per adul. Probatque Felyus *in rubric. de*
sponsalib. colum. 5. & Petrus in cap. 1. concl. 3. de except. libr. 6.
Ergo idem dicendum videtur de susceptione sacramen-
ti pœnitentiæ; ac proinde ex eo tantum dicitur incapax
sacramentorum receptionis; quia si illa contumax con-
tra Ecclesiæ præceptum; & inobediens recipiat, obicem
habet, hoc est, graue peccatum mortale.

AD LIT. F.

CAPVT VIII.

Fiscalium peccata. §. I.

- 1 De custode vrbis non comprehendente inuentos no-
cte.
- 2 De restitutione pœnarum, quæ erant adiudican-
dæ.
- 3 De restitutione pretij, quod accepit pro libera di-
missione.
- 4 De restitutione damni illati ab inuentis nocte.
- 5 De custodibus publicis viarum.

1 **QVÆSTIO.** Iurat præfectus custodia vrbis (Nostræ-
tes appellant Meirinho, Alcaide, & similes) se accusa-
turum, quos post signum campanæ, datum nocte, inue-
nerit quomodo peccat non accusando? **RESP.** Mortaliter, qui
iuramentum non implet. *ca. si vero de iureiur.*

2 **QVÆST.** Quæro ulterius. Teneturne ad restitutionem
pœnarum, quas soluturus erat inuentus? **RESP.** Mini-
me. Ita Sylu. *rest. 3. quæst. 5.* cum Bernardo, quem citat
Nauar. *capit. 25. numer. 34.* Ratio sumitur ex communi
doctrina, quia pœnæ non debentur ante iudicis sen-
tentiam.

Medull. Casuum.

LII

3 QVÆST.

3 QVÆST. Teneturne restituere, quod accepit pro liberam dimissionem? R E S P. Minime. Ita Nau. cap. 17. num. 32. & cap. 25. num. 34. Ratio etiam sumitur ex communi doctrina, iuxta quam non est restituendum, quod accipitur ob turpem causam.

4 QVÆST. Inuenit aliquem damnum tertio inferens? R E S P. Peccat mortaliter non accusando, quia iuramentum frangit. Et præterea tenetur ad restitutionem damni. Ita Sylu. quem citat, & sequitur. cap. 25. num. 34. Ratio est, quia ex officio tenebatur tale damnum impedire, & non impediuit, ideo peccauit contra iustitiam.

5 QVÆST. Quid censes de custodibus publicorum? Hispani appellant aduaneros? R E S P. Quod dixi de custodibus urbium, & ideo non tenentur, si taceant, reddere pœnas imponendas, inter quas est maxima amercium mercium exportatarum. Tenentur tamen restituere vectigalia regia, si iusta sint, quia hæc non illæ, debentur ante laram sententiam. Ita Nau. cap. 25. num. 34. questum.

Filiorum peccata. §. 2.

- 1 An filius teneatur obedire parentibus in eligenda uxore.
- 2 An pater possit cogere filium ad honestum matrimonium.
- 3 Quæ tenentur filij exhibere parentibus.
- 4 An odisse patrem, aut matrem, sit circumscriptum valde aggrauans.
- 5 De filio irreuerente erga patrem.
- 6 An filius teneatur succurrere parentibus in necessitate constitutis.
- 7 Cui teneatur filius in extrema necessitate patri, & filio suo.
- 8 De obedientia filij erga patrem in ijs, quæ pertinent ad gubernationem.

9 De filio percutiente parentes.

10 De filio de dignante parentes propter paupertatem.

1 QVÆSTIO. Teneturne filiusfamilias obedire parentibus circa electionem uxoris? R E S P. Si ex electione certæ vxoris timerentur ferme certo maximæ inimicitia, odia mortifera, graue honoris, aut rerum detrimentum, teneretur. Ita Doctores communiter. His amotis liberè, cui vult, nubere potest Ratio est, quia in seruitute perpetua, & obligatione indissolubili, non tenetur obedire, vt probat Argentin. in 4. sente. distinct. 29. quæst. 1. Matrimonium veto est, quædam seruitus perpetua, & indissolubilis obligatio, præcipue causa interueniente: hæc autem esset efficax promissio futurarum nuptiarum formæ æqualis conditionis, aut non multum dissimilis. Æqualis, dixi, aut non multum dissimilis conditionis, quia ducere indignam repugnante patre, aut respuere æque dignam ex cuius matrimonio parentes sperant honoris, pacis, & facultatum augmentum, est mortale peccatum. Ita Cardin. Tolet lib. 5. ca. 1. Sor. in 4. di. quæst. 18. art. 1. Nauar. cap. 14. num. 5. Gutier. de quæst. can. cap. 20. nu. 3.

2 QVÆST. Possuntne parentes cogere filios ad honestum coniugium? R E S P. Possunt. Ita Roder. in sum. cap. 14. nu. 2. Neque Conc. Trident. sess. 24. ca. 9. id prohibet fieri a parentibus, sed tantum dominis temporalibus, qui ex imperio matrimonia imperare, aut prohibere solebant. Ideoque in regno Castellæ possunt sic inobedientes filij legitima hæreditate priuari à parentibus L. 49. Taur. habetur lib. 5. noua copul. L. 1. titul. 1. docet Gutier. lib. 2. pract. qu. 1. c. 3. & Rod. citato loco.

3 QVÆST. Qua tenentur filij exhibere parentibus? R E S P. Tria. Amorem, obedientiam, & reuerentiam.

4 QVÆST. Odisse patrem, aut matrem, estne circumstantia adeo aggrauans, vt sit de necessitate confessionis dicere odisse patrem, aut matrem iuxta opinionem de necessitate talium circumstantiarum? R E S P. Maxime quidem. Ita Nauar. cap. 14. num. 11. sicuti, qui patrem occidisset, teneretur dicere, occidi patrem: sequitur Tol. lib. 5. cap. 1.

5 QVÆST. Est filius saepe irreuerens erga patrem, dum in asperis verbis illum tractat (verumtamen absque intermedietate) peccatne mortaliter ita se gerendo, foris ostendendo in odisse, & despiciere per acrem intuitum, & per asperam attentionem? R E S P. Peccat. Ita Alenf. 3. p. qu. 33. Syl. filius. 30. Ang. ibid. num. 30.

6 QVÆST. Teneturne filius succurrere parentibus in necessitate constitutis? R E S P. Tenetur adeo ut eis in magna penuria constitutis, quam ipse potest subleuare, ingrediendo religionem, peccet mortaliter. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 101. ar. 4. ad 4. & Tolet. lib. 5. ca. 1. num. 6. Si vero in professus sit religiosus, tenetur sub mortali eis succurrere extreme indigentibus egrediendo monasterium, & eos alar foris. Ita Caiet. 2. 2. qu. 101. ar. 4. Nau. cap. 14. num. 14. Egredi etiam tenetur, si grauius indigentibus ingressus est monasterium, & adhuc in eadem graui necessitate parentes sint constituti. Quod si iuxta aliquos in hac graui necessitate non obligetur, potest tamen iuxta rationes egredi, petita, licet non obtenta, à superioribus licentia, sic Tolet. loco supr. cit.

7 QVÆST. Est in extrema necessitate filius Titii, & Peter, cui tenetur sub mortali succurrere, cum ambo non possunt? R E S P. patri. Ita Syl. filius. 2. §. 26. D. Thom. 2. 2. quæst. 6. ar. 9 ad 3. Tolet. lib. 5. quod si alibi aliud sentio nunc probabilius hoc sentio.

8 QVÆST. Obstinate non vult filius obedire parentibus, quæ pertinent ad gubernationem domus. Item ex pertinacia non vult obedire se amouendo à prauis consuetudinibus familiaritatibus peccatne mortaliter inobediendo, criminando obedientiam? R E S P. Peccat. Ita Card. Tolet. cum commun. lib. 5. cap. 1. Dixi pertinaciter, quia si id faciat ex fragilitate, aut vehementi passione, arbitror solum peccare venialiter. Sor. 1. Iust. quæst. 6. artic. 2. Victor. de potest. cum in finem.

9 QVÆST. Quod peccatum est patrem, aut matrem digne percutere, minari iniuriose, iactare in eos verba execratoria, maledicere eos ex deliberato animo, absentes, siue presentibus? R E S P. Mortale. Colligitur aperte ex pœna, qua Deus Opt. Max. tales filios capite plecti iubet. Exod. 21.

10 QVÆST. Peccatne mortaliter filius, qui patrem, aut matrem

matrem ob paupertatem dedignatur, & ignotum sibi coram alij ostendit? Peccat nisi ex tacita voluntate patris, & iusta ratione id proueniat, cum oporteat ex grauibus causis in parentum, filijque aut Reipublicæ vtilitatem cedentibus. sic Tolet. loco citato. Nauar. ca 14. nu. 3.

Fœminarum peccata. §. 3.

- 1 An peccet fœmina se ostendendo amasio cum eque bene potest fugere illius conspectum.
- 2 An peccet fœmina permittendo amorem Titij, illam in coniugem concupiscentis.
- 3 De fœminis ostendentibus membra pulchriora.
- 4 De pigmentis fœminarum.
- 5 Quid dicendum de ornatu muliebri.

1 **Q**VAESTIO. Scit Bertha se carnaliter adamari à Titio, & quoties eam videt in carnalem prodire concupiscentiam, peccatne mortaliter vltro se illi ostendendo, absque alio animo peccandi, cum possit eius conspectum fugere, absque vlllo proprio detrimento? R E S P. Peccat, & roties, quoties se absque necessitate videndam exhibet. Ita D. Anto. 2 p. ii. s. capit. 1. §. 7. Nauar. cap. 16. num. 13. Ratio est manifesta, quia ex charitate tenemur impedire aliorum peccata.

2 **Q**VAEST. Ornat se Bertha, vt carnaliter ametur à Titio in coniugem, non in concubinam, quod coniugium ipsa nullo modo cupit, sed vult à Titio ob certas vtilitatum causas adamari in coniugem, peccatne mortaliter illum amorem permittendo vt ita loquar? R E S P. Minime, Ita Nauar. capi. 16. numero 14. appellat enim illum amorem honestum, quia ad bonos, & honestos fines tendit. Idem docet, cap. 23. num. 22.

3 **Q**VAEST. Sunt fœmina suapte natura procaces, & ex leuitate mentis membra speciosiora, & grossiora gestant nuda, vt placeant, qualia sunt brachia, pectus, crura, & catincomptos capillos, neque tamen proponunt honestam se habituras compositionem, rogo, an sint in habituali peccato scandaliz? R E S P. Mihi valde probatur opinio affirmans, quam religiose satis defendit Saa. verb. ornatus, contra multos.

Ratio est, quia illæ humanorum membrorum partes, suapte naturæ prouocant ad libidinem, & ideo perpetuo sunt puritati scandalo actiuo, quod sub mortali cecidit euitare cum possumus.

4 QVÆST. *Fuco se, & pigmentis, capillisque alienis uti, uult formosam Bertha, non tamen illum finem prauum intendit, quantum peccat?* RESP. Venialiter tantum, quod mendacium. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 169. ar. 2. ad 3. *Non capit. 3. numer. 20. Et capit. Furati. de consuet. dist. 1. Saa. verb. ornat. tale vero mendacium est graue, iuxta Nau.*

5 QVÆST. *Quid sentis de ornatu muliebri, absque fine, quam pro ostendenda pulchritudine?* RESP. In inuoluptate solum peccatum veniale agnoscit Nau. cap. 1. num. 18. cum Caiet. 2. 2. quæst. 169. ar. 1. quamuis per accidens inquit, ex splendido ornatu, aliena concupiscentia alliciat ad libidinem. argum. cap. *Quisquis. 4. dist. 1. Quæ contra mores. 8. dist. 1. licet ornans se sit religiosus, etiam si, inquit, iterum, ob id alius ad peccandum mortaliter moueatur, nisi quis se ornet ornamentis à lege grauiter prohibitis aut ita indecenter, ut uerba intra luceant. sic Nau. & Caietanus. Oppositum dicit Sylu. ornatus cum plurimis, quem sequor iuxta d. 1. huius §. cum scilicet sine detrimento potest quis tunc hoc proximi scandalum passiuum.*

AD LIT. H.

CAPVT IX.

Hæreticorum peccata. §. I.

- 1 An ex licentia Episcopi possit aliquis sacerdos absolvere hæreticos occultos.
- 2 Quis dicendus sit fautor hæreticorum.

3 QVÆSTIO. *Possuntne hæretici occultis absolui à sacerdote, cui episcopus committit, ut eos absoluat?* RESP. Affirmative.

Affirmat Cord. *qua. 8. quest. libel.* Ratio eius est, quia licet Conc. Trident. *sessi. 24. cap. 6.* hanc potestatem commiserit solis episcopis: dedit illis hanc potestatem ordinariam, & non delegatam, ita tamen, ut non transferatur ad episcoporum vicarios per communem, & absolutam deuolutionem suae iurisdictionis, quam expressis verbis noluit deuolui, & deuoluta irritat idem Concilium: hoc tamen non tollit, quin in particulari possit alicui committi. Fundamentum huius conclusionis est, quia commissarius iure potest alteri committere vices suas, quia accipit potestatem ordinariam, ut docet cum communi Syluest. *absolutio. 4. qua. 6. dub. 2. & ver. commissarius.* Sed cum episcopi deliguntur à Concilio ad absolucndos hereticos occultos, eliguntur, ut commissarij à iure, igitur possunt hanc potestatem alicui sacerdoti committere.

2. QVAEST. *Censeturne hereticorum fautor, qui cum notorij hereticis agit in suam propriam utilitatem, & commodum, non ut heretici sunt, sed ut politici ciues, mercatores, opifices sapientes, meretrices, & similes?* R. E S P. Minime. Ratio sumitur ex constanti Theologorum, Iuristarumque proloquio, vsu receptissimo, minime nos teneri euitare excommunicatos, nisi sint notorij clerici percussores, & nominatim denunciati, ut iam ostendi in propria materia de excommunicatione. Licetque videre longam & satis doctam probationem apud Beiana *2. p. cas. 7.*

Hæredum peccata. §. 2.

- 1 De legato relicto filij spurij.
- 2 Ad quid teneatur filius spurius circa legatum sibi à patre relicto.
- 3 De extraneo constituto hærede sub confidentia de tradenda hæreditate filio spurio.
- 4 An parentes succedant filij spurij morientibus ab intestato.

1 QVAESTIO. *Instituit Socrates extraneum hæredem sub fide data expressa de tradendis bonis filio spurio ex damnato*

damnato concubitu ipsius Socratis. Rogo utrum extraneus possit illa bona retinere. Deinde utrum illa possit tradere spurio, an teneatur illa reddere hæredibus ab intestato successibus? RESP. Talis non est verus hæres, & ideo potius mortaliter retinendo, aut spurio tradendo, siue a laico siue a clerico institutus sit, reddendaque hæreditas intestato talis hæreditas. Ita Barthol. *conf.* 194. Bald. *L. de quod pauper. Cod. de episcop. & cler.* Ratio est, quia testamentum est fraudulentum, quia contra id, quod leges decernunt, cum ex fide data teneatur hæres institutus illa bona reddere spurio: & ideo per tale fraudulentum testamentum non acquiritur dominium rerum relictarum. Imo talis hæres, ut prædo censetur. *L. In testam. ff. de legatis, & fideicommissi.* Priuaturque hæreditare, & bonis applicantur ffisco.

2 QVÆST. Tenentur in conscientia filij spurij cedere legatis relictis in testamento parentum: nisi sint legata præsentis, statim ante iudicis sententiam? RESP. Tenentur. Ita Beza 2. p. *cas.* 12. Ratio est, quia leges prohibentes filium spurium succedere iure hæreditario non sunt temporales, sed præceptivæ, annullantes talia legata in conscientia, utpotè decernentes inhabilem hæreditatis vel spurium, *Probat. L. Extraneum. C. de her. insti. Prob. Alex. conf.* 174. in 3. *nu.* 4. Dixi nisi sint de alimentis, quia alimenta debentur iure naturali, cui non possunt contra dicere leges humanæ.

3 QVÆST. Si talis extraneus hæres relinquitur solius confidentia animo tantum concepta, & minime declarata expressè de tradendis bonis spurio filio, quid censes? RESP. Censet testamentum non esse fraudulentum, & ideo extraneus esse verum hæredem, quia ex illa mera confidentia non manet obligatus ad reddenda bona: posseque illa reddere spurio ex gratitudine, quæ à nobilibus expectatur. Leges vero prohibentes, ne veniant bona ad spurios, illicita sub confidentia, loquuntur de confidentia necessitate, & cogente institutum hæredem, hoc est, quæ fide data & exhibita pollicitatione declaratur, constat in textu expresso *L. Prædonis ff. de potit. hered. l. ita fidei. ff. de non fisci.* Quæ leges cum sint odiosæ, non sunt extendendæ ad ea quæ ibi non exprimentur.

4 QVÆST. Succeduntne parentes filijs spurijs ex damnato concubitu ortis, morientib, ab intestato? RESP. Minime, Athen. Quibus modis. § illud. col. 6. Panorm. ca. Tanta. num. 13. qui filij sunt legitimi. Ideo cum filij non succedunt parentibus ab intestato, neque iidem parentes filijs. Notat Gloss. communiter recepta, in Auth. Si qua illustris. Cod. ad Orficianum. & in §. Nouissime. Instit. eodem. Paleotus de notis. cap. 43. Nau. lib. 3. consil. titul. de success. ab intest. consil. 1.

AD LIT I.

CAPVT X.

Iudicium peccata. §. 1.

- 1 De usurpatione iurisdictionis.
- 2 Quot modis datur via ad cognoscenda crimina.
- 3 Quo modo iuridice procedendum.
- 4 Quid dicendum de criminibus atrocioribus circa punitionem.
- 5 An sit de essentia iudicij ordo processus à iure prescriptus.
- 6 An iudex possit damnare reum iuxta allegata, & probata, quem scit priuata scientia innocentem esse.
- 7 De iudice seculari prohibente emere à clericis, vel eis aliquid vendi.
- 8 De iudice seculari reum ab ecclesia extrahente ad illam confugientem.
- 9 Qui dicatur locus sacer.
- 10 Qui gaudent ecclesie immunitate.
- 11 Qui non gaudent hoc priuilegio.

L. l. 5

12 An

- 12 An teneatur iudex carcerem inuisere, & de necessarijs providere.
- 13 An teneatur restituere pretium acceptum pro iustis, vel iniuste iudicando.
- 14 Cui facienda est supradicta restitutio.
- 15 De iudicibus falso suppositis.
- 16 An teneant acta per eos.
- 17 An poena arbitrio iudicis relicta, possit esse capitalis.

1 QVAESTIO. Quod peccatum est usurpare iurisdictionem non sibi debitam? RESP. Ex genere suo mortale. Ita D. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 6. Nau. cons. l. de iur. nu. 4. notatur L. ult. ff. de iurisdictione iudic. Cunha. mala confess. q. 5. nu. 5.

2 QVAEST. Quotuplex est iudicibus procedendum ad cognoscendum crimina? RESP. Triplex, accusatio, denuntiatio, & inquisitio. Ita Rubric. de accusat. in decretalibus per omnes. ca. Accusatus, de haeret. Afflict. lib. 1. consil. rubric. Rex. in pract. tit. de haeret. nu. 102. Reper. Inquisit. denuntiatio. ex text. L. 2. Cod. de Apostat.

3 QVAEST. Qui ordo requiritur, ut iuridice procedatur iniqua harum viarum? RESP. In accusatione, tractat legitimus accusator, & libellus in scripto. In delatione, ut praecesserit correctio fraterna, id est, monitio. Inquisitione, ut praecedat inquisiti infamia, est rex. in cap. Quater 2. c. Inquisitionis. §. tertia. de accusat. Ducenas 152. Clarus n. ult. quest. 6. Abb. Felyn. Maran. num. 16 in cap. de accusat. Haeresim tamen excipio, in qua via inquisitionis non est necesse, ut praecedat infamia, ut dicit Ducen. num. 9. citat. loc. Simanch. de Instit. cap. 44. Auendanh. ref. 31. Sed sufficit suspicio, vel iudicium, praeter eosdem Auctores. & Nau. cap. Inter. ver. concl. 6. na. 14. via vero delationis non requiritur praevia monitio, ut advertit Simanch. de Instit. cath. c. 19. num. 6. & 10. Et iam respondi, & probavi in propria materia.

4 QVAEST. Licetne iudicibus in criminibus atrocibus

re conatus, etiam non obtento effectu? RES P. Licet. L. Si quis non dicam. Cod. de episcop. & cler. L. Quisquis. Cod. ad L. Iuliam. tradit Menoch. de arbitr. ca. 360. num. 1. & 27. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 83. nu. 4. & libr. 7. cap. 35. hi autem conatus debent exterius signis declarari.

5 QVÆST. Estne adeo de essentia iudicij ordo processus à iure prescriptus, ut nulla sit sententia data super litem, in qua talis ordo processus non fuit servatus, licet ex inordinato processu apertissime veritas colligatur? RES P. Maxime secundum ius commune. Ita legislator Lusitanus lib. 3. Ordin. tit. 63. Veruntamen secundum ius Portugallia eodem citato titulo, aliter decretum est, his verbis: Mandamos, que os julgadores, julguem, & determinem os feitos, segundo à verdade, que pellos feitos for prouada, & sabida, ou per confissam da parte, posto que o processo seia mal ordenado, ou errado, ou falte nelle alguma solemnidade substantial ao inizo aqual faltando, ou sendo errada no processo, todo o inizo, & sentença, que delle procedesse seria nenhuma, segundo direito. Por que sem embargo illa que re mos, que nano seia o processo annullado, nem se possa dizer à sentença nenhuma, se à verdade for sabida pello processo, & o julgador julgou o que lhe pareceo iustica polias prouas no processo feitas sobre à verdade, & substantia da causa.

6 QVÆST. Fecit, quod potuit iudex, ut non ferret sententiã de reo publice probato nocente, quem scit priuata sententia innocentem esse. Potestne illum damnare secundum scientiam publicam ex allegatis, & probatis? RES P. Potest Ita D. Tho. 2. 2. qu. 67. artic. 2. ib. Caiet. facit L. illicitas. §. Veritas. ff. de offic. prasid. Pastor. §. quia vero de offic. del. & ita communiter Doctores Arag. 2. 2. quæst. 67. art. 2. Halens. 3. p. quæst. 40. num. 7. art. 2. Sor. 5. Iust. quæst. 4. ar. 2. Rich. in 4. d. 5. ar. 3. q. 2. ad 1. Valent. 3. tom. disp. 5. q. 11. p. 2. Repugnataa. verb. iudex num. 3.

7 QVÆST. Quomodo peccat iudex secularis, qui prohibet subditis, ne emanent à personis ecclesiasticis, neque illis vendant? RES P. Grauiiter, & ipso facto est excommunicatus, c. Eos. de immunit. Ecclesie.

8 QVÆST. Extraxit, vel iussit extrahere, aut attentauit extrahere, per vim à loco sacro eos, qui ad illũ confugiunt, quomodo peccat? RES P. Grauiissime lethaliiter. Prohiberur id

id

id utroque iure, canonico quidem ea. *Definit. c. Si quis contumax. c. Reum 17. qu. 4.* & civili, quod late prolegimus Pampilo de immunit. Ecclesiastica.

9 QVÆST. Quoniam oportunitas loci exigat, rogatur aliquibus huc attinentibus. Quis dicitur locus sacrum immunitate? RESP. Quælibet capella, Basilica, exco. & quodlibet aliud sacellum erectum pro dicenda missa cum episcopi facultate. Item cœmeterium ab eodem episcopo pro humanis corporibus sacrum, siue sit contiguum cum Ecclesia, siue contiguum, siue longinquum. *c. Quisquis. 13. qu. 4.* Item dormitorium clericorum, siue Religiosorum. *c. Cum pro causa. de excom.* Item ianua, & porticus Ecclesie, aut cœmeterii annexa. *c. Si quis contumax.* & Panorm. in cap. penult. de immunit. Eccles. Item religiosorum domorum claustrum & pavementum, quantumvis longum sit. Ita Nauar. *cap. 17. de Domus Episcopalis*, licet ab Ecclesia disuncta. *c. ut in statuimus. 17. qu. 4.* Innoc. & communiter omnes sapienter alia. de immunit. Ecclesia. Item spacium quadraginta pascuum in circuitu Ecclesie maioris, & triginta Ecclesiarum minorum. *c. Sicut antiquius. c. Quisquis. 17. qu. 4.* ut dicitur Oldrad. *conf. 35.* Felyn. *c. Cum pro causa ciuitatis.* Verum hoc ius per desuetudinem, & non vltimum est antiquum, & abrogata opinio. Seruaturque tantummodo pro fine vltimos ipsius loci sacri, ut vult Nauar. *cap. 17. qu. 18.* ideo seruandus est mos cuiusque regionis. Habentiam pro loco sacro sacerdos deferens Eucharistiam innotant Hostiens. & communiter Doctores. *c. Sicut in lebr.* Item Cardinalium personæ per vsum, & consuetudinem. Notat Andr. Sicul. *de prest. Cardin. q. 9. p. 1.* Idem confirmat Nauar. de Regum, Reginarumque personis, inquam non statuis. Item in vrbe domus Cardinalium, & que legatorum Regum, & Rerum publicarum, intra certum ambitum.

10 QVÆST. Qui gaudent Ecclesia immunitate? RESP. Omnes, & soli Christiani, qui ad locum sacrum conueniunt, siue ob delicta, siue ob debita. *cap. Inter alia de immunit. Eccl. Vbi Panorm. n. 4.* Excommunicati, suspecti, & interdicti. Ita Imola, & Bonifac. & communis. in *Clementi. de poen. & remis.* Item serui cum confugiunt ad locum sacrum ob delicta.

lib. delicta, quæ à iure grauissime puniuntur, vel ob saui-
tiam dominorum c. 2. n. 19. Itē egressis è carcere, siue de
licentia, siue per vim. Ita Nau. c. 25. n. 19. cum communi:
Item comprehensus, qui per locum sacrum ducitur. Ita
Nicol. Boer. *decis.* 100. & communis contra Archid. *in ca.*
Sicut. 1. 17. q. 4. etiam si iam damnatus ad supplicium du-
catur. Ita Nau. c. 25. n. 9. Item percussor, vel occisor cleri-
corum extra locum sacrum. Ita Nauar. *ca.* 25. n. 9. contra
multos, quos contra rationem, siue textum loqui affir-
mat. Item exules, & banniti damnati capitis per quem-
vis occisorem voluntarium. Mercator, qui pecunias dis-
sipauit, & creditores illisit: transfuga ad hostes: modo nõ
deliquerint in Ecclesia, vel peccata excepta committant.
Ita Nau. c. 25. n. 9. Item blasphemi, iuxta Nau. c. 25. nu. 20.
Vbi id late probat.

11 QVÆST. Qui non gaudent hos privilegio? RESP. Grassa-
tor viarum, nocturnus segetum, & aliorum fructuum va-
stator. c. *Inter alia diminuit.* Eccles. 2. Qui in Ecclesia gra-
ue crimen committit *cap. finali. de immunit. Eccles.* iuxta
communem, & Ordin. Lusitan. *lib. 2. tit. 4.* In noua vero
impressione, *lib. 2. tit. 5. §. 2. 3.* occisor per insidias, per cõ-
munem *cap. 2. de homic.* Item qui in hostra Portugallia ali-
quem occidit, aut percutit, de proposito, vel in duello
prouocato *lib. 2. Ordin. tit. 5. §. 3. 4.* Qui ex Ecclesia alium
foris, vel ex aforis percutit in Ecclesia. 5. Qui insuper
profugum ad Ecclesiam ab ea extrahit siue per se, siue per
alium, saltem per vestes trahendo. Ita Nau. c. 25. num. 21.
6. Qui sponte ab Ecclesia egreditur. Ita Hostiensis cum
communi *cap. finali. de immu. Eccl.* 7. Personæ Ecclesiasti-
cæ, iuxta vsum receptum; & Panor. *cap. finali. de imm. Eccl.*
Excipe constitutum in minoribus erga iudices sæcula-
res: nam ij habent super illum iurisdictionem concessam
à Conc. Trid. *ses. 23. cap. 6. 8.* Qui iuxta Ecclesiam delin-
quit, animo ad eam confugiendi. Ita Hostiensis *in sum.*
tr. de immunitate. §. in quantum. num. 8. sed huiusmodi opi-
nio est antiquata. 9. Qui comburit Ecclesiam, vel eam
deturbat solo c. *fin. de imm. Eccl.* Sed de hac Ecclesiæ im-
munitate seruandus est mos cuiusque prouinciæ, & reg-
ni, de qua luculenter & pie satis Ordinationes Lusitanæ,
lib. 2. tit. 5. n. 2. noua impressionis.

tores. L. Barbarius. ff. de officio pratoris. Quod ius civile in canonicum quoad vsum, & praxim translatum etiam est; & ideo, qui parochus communiter reputatur cum titulo præsumpto, vere tamen parochus non est, ex defectu intrinsicco, dummodo verus sacerdos sit, nihilominus vere absoluit parochianos; per veram iurisdictionem ab Ecclesia in eo casu ei concessam. Sic vero in præsenti, quia tales homines publica existimatione, & titulo licet falso, habentur vt veri iudices, quamuis coram Deo, re vera non sint, tenent acta per eos, vt satis liquet.

17 QVAEST. Peccatne mortaliter iudex damnando capitia penarem, cuius punitionem reliquit Legislator iudicis arbitrio RESP. Negat Gloss. Institutio. de iniurijs §. in summa. Bald. L. 1. ff. de ijs, qui latron. occult. Abb. capit. Venit. col. 5. de dol. & contum. &c. Cum te col. 3. de re iudicata. Salzed. Compluten. in Addition. ad Bernard. capit. 149. cum alijs, quos citat, appellatque hanc partem negantem communem. Affirmant veruntamen Gabal. in milleloqu. 512. Simanch. in Instit. titul. 46. numer. 81. Castr. de leg. pœn. lib. 1. capitul. 6. Sor. libr. 5. Inst. quæst. 1. articul. 3. Cum igitur in iudicando attendenda sit lenitas Christiana, & mansuetudo, nisi crimen atrocissimum sit, hæc affirmans opinio videtur probabilior, atque praxi aptior, & commodior pro decernenda pœna.

Inquisitorum hæc leos peccata. §. 2.

- 1 Ad solos Inquisitores pertinent crimina suam attingentia.
- 2 De affectu, quo debent Inquisitores procedere.
- 3 Quid possunt Inquisitores circa episcopos.

4 QUAEST

4 Qua poena plectendus est laicus, qui se fingens sacerdotem audit fœminarum confessiones.

1 **Q**VAESTIO. Ad quem pertinet inquisitio, et ratio hæreticorum, aut suspectorum fidei, et simularum, minimum ad religionem atinentium? **R**ESP. Ad iudices hæreticæ prauitatis, Inquisitores vocantur, qui per se, vel per alios episcopi loci iunguntur in iudicio, neque possunt soli de hæreſi procedere: imo denunciationem illis factam, tenentur secretissime mittere ad inquisitorum tribunal. Ita Simanch. *de calhol. Inſtit. lib. 5. Molin. de Iust. lib. 5. diſp. 28. nu. 13. & 14.*

2 **Q**VAEST. Quo affectu tenentur huiusmodi inquisitiones facere? **R**ESP. Zelo iustitiæ, amore fidei. Si autem ex zelo, vel amore, vel largitionibus corrupti, suam inquisitionem, criminis punitionem exerceant, aut non curant, grauer peccant, & excommunicationem pontificiam incurſunt laram in *Clem. multorum de hæreſi.*

3 **Q**VAEST. Quid possunt inquisitores aduersus episcopos, et res suspectos, aut simularos? **R**ESP. Dico primum. Hæretici contra episcopos inquirere, aut prætextu hæreſi contra episcopos procedere nequeunt. *tex. expreſſ. in inquisitores. de hæreſi. lib. 6. Ita ibidem Repert. ver. episcopos. in diego. de hæreſi. qu. 7. num. 15. Carrer. n. 74. Calder. de iur. c. 8. n. 9. Simanch. c. 25. nu. 7. Iust. Penha 3. p. Diu. c. 76. Locat. in oper. iudic. ver. episcopus. nu. 2. Rojas. de iur. ſingul. 5. num. 2. Nomine episcoporum, etiam venenabili, qui titulares appellantur. Ita cum alijs Simanch. c. 12. Inſtit. Dico ſecundum. Fas est inquisitoribus hæreſi prauitatis dicta teſtium deponentium contra episcopos excipere, & ad Sum. Pontificem denunciatum transmittere. Ita decernitur *d. ca. Inquisitores de hæreſi citati Doctores, & Cunha ſuper diploma Pontificis aduersus ſolicitatores muliercularum in confeſſionis sacramentali. q. 12. num. 9. late id probat. Dico tertium. causa ſubest detinendi episcopos, ne fugiant, dum ad eam Apoſtolicam cum crimine denunciando legatum mittitur, fas est Inquisitoribus episcopos detinere. Ita etiam Auctores citati: parcissime tamen vti debent huiusmodi rigore, ne quod in fidei vtilitatem conceſſum est**

cedat in detrimentum propter scandalum. Nomine vero episcoporum, non veniunt electi tantum in episcopos, nondum sacriati, quia non sunt re vera episcopi, sed futuri sunt. Ita Glol. 1. c. 1. de relig. dom. Felyn. cap. Eam de re- scrip. num. 1. Selua. de benef. p. 1. quaest. 1. num. 31. Simanch. de in- tit. tit. 26. nu. 11. Dico quartum. Cardinales, Inquisitores generales facti, in episcopos, & quosuis alios prelatos inquirere possunt, sed processus referendus ad Summ. Pontificem, vt ferat sententiam. Ita decreuit Pius IV. Ex- traug. Romanus Pontifex, affert Penha inter Pontificias lite- ras fol. 129.

4. QVAEST. Quo malo puniendus est laicus, qui se sacerdo- tem simulans, foeminarum audit confessiones, & eas ibi ad ve- nerea sollicitat. R E S P. Vti de haeresi suspecti Inquisito- rum examini subiiciuntur. Ita habetur cap. 2. de cler. non ordinato ministrante. tradit Salzed. in pract. crim. c. 12. & Greg. P. XIII. motu proprio Inquisitoribus commisit teste Roder. tom. 2. de regu. q. 28. ar. 2. & Paul. IV. teste Lo- cato in oper. iudic. Maiolo lib. 4. irreg. c. 13. n. 1. & 3. Paul. eo- dem tit. par. 6. tit. de cleric. non ord. min. Et hanc ob rem Co- nimbrica abiurauit de leni an. M. DC. X. quidem diaco- nus, qui presbyteratum exercebat. Et Romae redactus est in cineres frater certi ordinis iussu Ale. VI. ob eandem rem. Intelligenda tamen est conclusio de ficto laico con- fessore, qui simul audit, & absoluit poenitentem foemi- nam. Sic enim verba Bullae Grego. XIII. confessione au- dire, ac absolutionem impartiri. Ita Cunha citato loco.

Inimicorum peccata. §. 3.

1. Quo pacto nos gerere debemus erga inimicos.

1. QVAESTIO. Quo pacto nos gerere debemus erga eos, quos habemus inimicos, aduersus quos etiam inimici appellamur? RESP. Praemitto inimicum dupliciter sumi posse, formaliter nimirum, vt ita loquat eum logi- cis, & materialiter. Inimicus formaliter est, qui adhuc inimicitiae tædis aduersum nos, flagrat. Inimicus vero materialiter est, qui inimicus dicitur, quoniam olim ini- micitiae signa ostendit, sed modo e contra amoris. Dico

Medull. Casuum.

M m m igi-

igitur primum. Erga inimicos formaliter tenemur
 mortali ea exterius amoris signa ostendere, quæ
 munia sunt, & quæ omni personæ exhibemus, tunc
 vero odium deponere, & male nolle. Ita D. Thom.
 26. *q. 34. ar. 3.* Alenf. *qu. 68. nu. 3.* Syl. *ver. car. ca. 14. no. 2.*
 Glos. *c. Si quis contristatu. dist. 9.* Nauar. *ca. 14. no. 2.*
 Quando. *de Consi. dist. 13.* Probat ex illo Christi Do-
 ni *Matth. 17. Nisi remiseritis ex cordibus vestris.* Ideo
 tenemur eis condonare pœnam à legibus pro inu-
 aram, sed eam in iudicio possumus exigere, zelo ius-
 endæ iustitiæ ad salutem populi spiritualem, ac re-
 rem Republicæ, vt frænum audacibus injiciatur.
 fit, vt nisi derur scandalum, non tenemur alloqui
 micos formaliter alloquio particulari, aut quæ-
 quela quam non exhibemus omnibus omnino per-
 mis, & multo minus ad ludum, & similia illum ad-
 re. Dico secundum. Erga inimicos materialiter, ob-
 mus particularia amoris signa ostendere. Ita ex-
 Thom. *in 3. d. 3. quæst. 1. ar. 2. ad 2. q. 2. q. 8. ar. 1. Ca-*
 tan. *ibid.* Alenf. *3. p. 9. 67. num. 3.* D. Anton. *2. p. 11. ar. 1.*
 Bonauen. *3. sent. d. 30. Gabr. ibi. qu. 1. ar. 3. dub. 2. h. 1. ar.*
tas. quæst. 3. Tabien. *ib. 14.* Armilla. *ibid. num. 1.* Vega.
viri. car. cap. 12. §. 1. quæst. 6. Rich. *in 3. d. 3. quæst. 1. ar. 1.*
 norm. *c. 1. de malefic.* Barthol. *in L. Si tibi decem. §. 1. ar.*
 Elis. Nauar. *cap. 14. num. 9.* quos citat, & sequitur Be-
 io. Ratio est, quia præceptum charitatis obligat ma-
 sitate: sed ostensio signorum amoris, & postulatio
 necessitatem afferunt ostendendi similiter amorem
 ergo, & c. vt egregie ostendit Caiet. *2. 2. quæst. 3. ar. 1.*
 qui sequitur scandalum videntium, & existimant
 adhuc odio ardere in talem inimicum materialiter
 co tertium. Si inimicus materialiter promittit pau-
 bus satisfactionem iniuriæ reddendam, & veniam
 & condonationem satisfactionis, ad quam illud
 non attingunt, tenemur acceptare liberam satisfac-
 nem possibilem, & partem reliquam condonare, &
 procedere in iudicio de iniuriâ nobis iniusta. Ita Be-
 io. Probat ex præcepto Christi Domini *Luce. 16. Quis
 uersus fuerit ad te dicens, Pœnitet me, Dimitte illi. Quis
 bum, dimitte non accipiendum est pro dimissione*

teriore, nam ad illam tenemur erga inimicum non reuer-
sum, & pœnitentem: sed de dimissione exteriori aduer-
sus inimicum reuersum, & pœnitentem. Longiore pro-
batione supersedeo, eam videre licet apud Doctorem
Beia *casu cit.*

AD LIT. L.

CAPVT XI.

Locantium domos peccata. § 1.

1 An liceat domos locare publicis peccatoribus:

2 Præcipue vsurarijs.

1 **Q**VÆSTIO. Licetne locare domos meretricibus, aut alijs
publicis peccatoribus? **R**ESP. Negantem partem te-
naciter defendit Nauar. c. 17 n. 195. contra praxim.
Affirmat tamen Maior. in 4. d. 15. q. 35. & Beia *casu* 27. Ratio
est, quia locare domum indifferens est ad bonum, & ad
malum finem: finis vero intentus à locatore est vti suis
rebus, & lucrum accipere, fructusque suarum faculta-
tum, locatque eas meretrici, vt mulieri ad se protegen-
dum contra temporis iniurias: si vero ipsa ex malitia tur-
pes fines sibi proponat, locatione abutitur, & ideo loca-
tio est remotissima causa turpitudinis exercendæ, atque
eodem modo confectio vestium lasciuarum, calceamen-
torum, pigmentorum, & similibus, quæ vsui humano ex
sua natura sunt ordinata ad vsus bonos, & indifferentes,
& ita obtinuit praxis absque scrupulo confessorum, & e-
piscoporum.

2 **Q**VÆST. De locatione domus vsurarijs peculiariter, quid
dicis? **R**ESP. Locare domos alienigenis vsurarijs lethale
est, quia prohibitum *cap. 1. de vsuris lib. 6.* Nullum vero
peccatum locare indigenis. Ita Rosel. *ver. restitutio.*

n. 34. Tabien. *vsur. l. n. 5.* contra Nauar. c. 17,

c. 195. sed text. tantum loquitur de lo-
catione vsurarijs alieni-
genis.

M m m z

Lo-

Locantium pecunias peccata. §. 2.

1 An liceat locare pecunias.

QUÆSTIO. Esine peccatum locare pecunias? Respon-
 ditur: Pecunia, quatenus est metallum, ut est aurum, vel
 argentum, inferuitque ad pompam, & apparatus
 eius: item ad pignus, locari potest. Ita D. Thom. 2. 2. q. 77.
 art. 1. ad 6. Quoniam vero in contractu locationis domi-
 nium rei penes locatorem remanet, & si res fortuito peri-
 rit, Domino perit, si pecunia locetur, eius dominium
 manet penes locatorem, & ideo si fortuito percat, dome-
 no peribit.

Librariorum peccata. §. 3.

- 1 De diuenditione librorum prohibitorum.
- 2 De impressione librorum prohibitorum.
- 3 An teneantur librarij imprimentes, vel diuendentes
 libros prohibitos ad pœnam ante sententiam.
- 4 De prohibitione librorum vendendorum in Hispa-
 nia.
- 5 De asportatione librorum in Hispaniam.
- 6 De prohibitione imprimendorum librorum in Hispa-
 nia.
- 7 De prohibitione imprimendorum librorum ex
 canonico.

QUÆSTIO. Quod peccatum committunt librarij in
 diuendendis, vel imprimendis libris, quos diuendi, aut im-
 primi sub pœna capitis, verberum, confiscationis tem-
 porum, excommunicationis, & similium grauium, legibus
 secularibus, vel ciuilibus in certis regnis, aut regionibus prohibentur?
 Mortale ex natura sua, nisi aliqua circumstantiarum
 ratio excuset. Quæ quidem leges, quia iustissimæ ob-
 seruandæ sunt, ut vsu recipiantur, iuxta consuetudinem
 cuiusque regionis.

2 QVAEST. Quomodo peccant diuidendo, aut imprimendo libros, aut habendo eos in officinis animo eos vendendi, circa quorum diuentionem, aut impressionem cautum est à Rege sub gravibus poenis ab alio id fieri, quam à certa persona, vel de eius licentia? RESP. Peccant mortaliter, nam privilegium est lex

privata. L. i. ff. de const. Princ. & L. i. titul. ii. p. i. ca privilegia 3. dist. Cum igitur sit lex iusta, neque pure poenalis (de qua dubitant auctores, an obliget in conscientia) sed mixta, & in re graui, obligat ad mortale. Tenentur insuper ad restitutionem Auctori, quia per privilegium acquisiuit ius cautionis, & punitionis erga alios capit. final: lege. S. privileg. 25. quest. 1. & privilegio fretus magnas fecit expensas, in cuius damnum diuentioni, impressi fuerit similes libri. Ita Doctores communiter capi. fin. de iniurijs, & damn. dat. Estque constans Doctorum Salmanticensium consensus, teste Rod. in sum. c. 165. num. 5.

3 QVAEST. Tenentur ne huiusmodi librarij præter damnum soluere etiam poenam appositam in privilegio ipsi auctori, antequam iudicetur? RESP. Minime. Ita Gloss. c. Fraternitatis. 12. quest. 2. v. cum augmento communiter recepta, Coar. Reg. peccatum. 2. p. 8. n. 6. Guterrius, in q. c. 1. n. 23. Ratio sumitur ex communi doctrina legum, ut iam respondi in propria materia, qua poenae non debentur in conscientia antequam iudicentur.

4 QVAEST. Circa librorum venditionem, quid cautum est in Hispania, ut librarij sciant, quomodo procedere debeant? RESP. Ne quis à foris inuehat in regna Castellae, vulgari sermone, compositos, & alibi impressos absque expressa facultate regia seu poena c. & confiscationis bonorum. Ita habetur. libr. 1. no. c. compil. tit. 7. L. 24.

5 QVAEST. Quod peccatum est similes prohibitos libros in Hispaniam asportare? RESP. Mortale colligitur imprimis ex gravitate materiae, super quam lata est Lex, nimirum fidei puritatis quae per similes libros vulgares apud haereticos, & in vulgi manibus versatos facile corrumpitur. Colligitur secundo, ex graui appositae poena capitis, & confiscationis bonorum: nam cum intentio legislatoris possit obligare ad mortale, & hæc satis bene colligatur ex re graui supra quam legem condit, & ex grauissima

pœna, quam apponit (nam pœna proportionanda est pœnæ, alioquin iniusta est, & ritu magis digna, quam delictu, veluti si quis legislator apponat pœnam capienti mentienti officiose) ergo &c. & hæc est communis sententia, contra quam non est audiendus Nanar. ca. 2. §. 57. oppositum sentiens. Quod si sapiensissimus Dominus obijciat hanc legem esse præsumptivam, neque obviare, nisi reuera adint fundamenta præsumptionis, non enim hæretes in libris contra fidem, aut turpia contra honestatem morum, hanc autem præsumptionem sententiam per approbationem Inquisitionis, & Ordinarij regni regnorum, in quibus sunt prælo dati, & ideo frangentes has leges peccare venialiter, vt sentit Rod. in sum. c. 1. numer. 2. Nego pœna obijcientis, suppositionem, aliter esse legem præceptivam ad tollendas errorum antiquas occasiones.

6 QVÆST. Quid item in eisdem Hispania regni caeteris est circa librorum impressionem: RESP. Ne quis librum Latino, seu vulgari idiomate compositum absque autoritate regia, & prævio diligenti operis examine imprimere, aut imprimere faciat sub pœna capitis, confiscationis bonorum, & eorundem publicæ conflagrationis librorum. Ita cauetur lib. 1. nouæ compilationis tit. 7. l. 24. Ita cauetur in Ord. Lusit. lib. 5. tit. 102. Nouissime vero idem iuratus Philippus fel. recor. II. circa libros sacros chore, etiamque diuino seruientes. Habetur lib. 1. nouæ compilationis tit. 27. add. ad nouam compilationem. Ideo euntes contra huiusmodi leges, peccant grauitur.

7 QVÆST. In iure canonico estne aliquid decretum circa librorum impressionem: RESP. In Conc. Trident. sess. 4. de re edit. & usu sacr. libr. §. sed et impressoribus cautum est, nequis imprimat, aut faciat imprimi librum de rebus sacris, sine Ordinarij examine, neque sine nomine Auctoris, neque impressos vendat, aut apud se seruet. Quam probationem iuber sacrosanctum Concilium impo-
dati, atque in vestibulo ipsius libri imprimi. Contra
quam legem, qui audacter iter, grauisime
peccaret mortaliter.

Legatariorum peccata. §. 4.

- 1 De hereditate relicto sub pacto.
- 2 De legato relicto Berthæ sub conditione, si nupsse-
rit.
- 3 De legato relicto sub conditione, si mea filia nu-
bat.
- 4 De legato relicto vxori, si non nubat.
- 5 De legato relicto Socrati, si nubat vni è filiabus
Annæ.

QUÆSTIO. Solent legatores legare sua sub certo pa-
cto de deuolutione eorum ad alium heredem, nisi illud
pactum impleatur, quid igitur censes, teneturne lega-
tarius, qui pactum non impleuit, hereditatem tradere, an-
tequam ab eo petatur, vel per iudicis sententiam extrahatur?
RESP. Tenerur: nam siue illud pactum deuolutionis
ad alium heredem appellerur pœna imposta à testatore
tenerur, iuxta Gloss. cap. Raynald. de testam. & Panorm.
quem citat Beia cas. 41. siue sit pura conditio, vt reuera
est, tenerur, iuxta Sot. 1. Iust. quest. 1. 2. artic. 6. quasi di-
cat legislator: Do, vt facias: quod si non feceris, non do.
Ita Caiet. ver. Pœna. Panorm. cap. Raynald. cit. Sylu. lega-
tam. 1. quest. 5. Nau. cap. 23. num. 67. versu. potius est lega-
tum conditionale, quam pœna. Hinc colligo teneri pa-
rochum, qui certo scit suos antecessores non celebraſſe
certas missas pro hereditate relicta sub ea conditione,
teneri eam deuoluere ad personam, cui per deuolutio-
nem relicta sunt. Item vxor, quæ hæres instituta fuit, si
casta viueret, aliter deuoluenda bona ad hæredes teneri,
si castitatem non seruauit, talia bona relinquere. Caiet.
tan. ver. pœn. Nauar. capit. 25. numer. 65. Hæc opinio præ-
cipue amplectenda, cum testator dicit, eo ipso deuoluta
maneat ad talem personam: nam talis conditio fuit cau-
sa finalis, non impulsiva, & ideo non est expectanda pe-
nitio, vt notat Barth. L. 2. §. fin. de don. Bald. L. 1. ff. de his, qui
pœn. caus. & L. Cum aliena Cod. de legat. Canonistæ in cap.
Verum. de condit. appof.

tra voluntatem testatoris, quam in eo euentu restringit, ut potest. Sicuti si roger, ostendam Deo propitio *in titul. de testatore*, & sic illa voluntas restricta non valet, ac si non apponeretur, *L. Quæ sub conditione. 1. & 2. ff. de condit. insti.* De alimentis vero standum potius videtur consuetudini, quæ iam permittit famulas monialibus.

4 QVÆST. Reliquit maritus uxori legatum, quoad nubar, illa non nubit, neque castitatem seruat, peccatne retinendo bona? R E S P. Minime. Ita Nauar. *capit. 25 nu. 65.* Ratio est, quia pœna non est extendenda ultra voluntatem impo- nentis: pœna autem illa imposita est nubenti, non meretricanti.

5 QVÆST. Reliquit Titius hereditatem Socrati sub hac conditione in testamento apposta, si nupserit uni filiarum Io- annæ: petijt ille minorem. Verbi gratia, noluit Ioanna trade- re, sed tradebat maiorem iuxta consuetudinem loci: Socra- tes aliam duxit extraneam, quid censes possiderne iura con- scientia hereditatem? R E S P. Cerno equidem multa fa- cere contra Socratem: nam legatum conditionatum abdicatur in conscientia non impleta conditione, an- tequam petatur, & iudicetur, ut iam respondi *L. Qui here. ff. de condition. & demonstrat. L. Qui sub condit. ff. eo- dem capit. Super eo, & capit. Per tuas de cond. app.* Deinde, quia tale legatum videtur factum in fauorem cuiusque filia Ioannæ, & ideo si non constet de alia testatoris voluntate, ita videtur iudicandum. Denique, quia te- stator in legato relinquendo, non videtur ire contra consuetudinem nuptiarum: sed Ioanna in tradendo nu- ptui maiorem natu filiam seruat ordinem, & consuetu- dinem loci, iam à multis retro annis vsitatam, iuxta illud Labani *Genes. 29. Non est in loco nostro consuetudinis, ut mi- nores ante tradamus ad nuptias*: igitur apparet ex mente testatoris electionem filiarum deuolui ad matrem, & ideo si tradita Petro non placet, non placeat hereditas in legato relicta. Contrarium tamen suadent iura, & spe- ctata essentia matrimonij. Nam matrimonium ex iure, & ex essentia debet esse maxime liberum. Enim vero in iure habetur pro iniusta, & non adiecta conditio- ne legati, qua quis ex mente testatoris obligatur nubere iuxta voluntatem, & arbitrium Sempronij. *L. filia sua. ff. de*

cond. & demonst. Si quæ verò leges de conditionibus lo-
quantur; loquuntur de conditionibus non reiectis a iure.
Et ita tenent Angel. *L. numer. s. 4. Sylu. ibid. quest. 3. in p.*
De libertate vero requisita ad matrimonium, immo
spondi in propria materia. Et hæc est vera sententia
nino probanda.

AD LIT. M.

CAPVT XII.

Mercatorum peccata. §. 1.

- 1 An iustus sit contractus venditionis de retro ven-
denda re empta.
- 2 Quod peccatum potest interuenire in superiorum
tractu.
- 3 An peccet mercator in soluendo gabellam.
- 4 Quod vitium mercium occultum tenentur ven-
tores detegere emptori.
- 5 De venditione mercium riguroso pretio, ad em-
porum emendum in summo.
- 6 De monopolio.
- 7 An liceat fucos, & pigmenta feminarum ven-
dere.

1 **Q**VAESTIO. Estne iustus contractus venditionis
conditione de retro vendendo: R E S P. Maxima ad-
bitis circumstantijs necessarijs. Ita Beza collo-
præcipue cum apponitur obligatio emptori de locanda
re empta venditori. Ita idem doctor: & tunc res vendita
sub ea conditione minoris est valoris, vt claret.

2 **Q**VAESTIO. Quod peccatum interuenire potest in
emptione de retro vendenda, & locanda re empta: R E S P. Vitium
palliata. Nam accidit aliquando, vt res vendita non sit in
rerum natura. Nunquam enim exitit tale oliuerum, vt
quet-

queretum, vel ager, vel equus, & tamen emitur, & locatur. Deinde accidit, ut interim ab ipso retro venditore, & locatario vendatur, & dum non reddit pretium retro emptionis, stipendium soluat. Accidit deinde, ut hæc omnia, & alia sciat retro emptor, & sciens connueat, & taceat, & stipendium locationis exigat, hæc estusura palliata, cum re vera sit mutuum pecuniarum sub certa quantitate lucri, saluo semper capitali. Ita Beia casu. 7.

3 QVAEST. Peccatne mercator asportando, vel exportando mercem absque solutione gabella sub poena capituli triremium, vel amissione honorum soluenda? RESP. Dico primo. Si leges pure poenales sint, minime quidem. Ratio desumitur ex communi doctrina in materia de legibus; nam leges saeculares pure poenales secundum grauissimos Doctores non obligant ad culpam, sed solum ad poenam temporalem: ac proinde cum princeps solam exprimit poenam, licet dubitetur, an velit obligare ad culpam, pro poena sola interpretanda est illius mens, iuxta cap. in poenis. de reg. iuris libr. 6 L. Si praeses L. Interpretatione ff. de poenit. Nam Princeps potest expresse obligare ad poenam, & non ad culpam, ut docet vterque D. Tho. 2. 2. quest. 186. artic. 9. cum ergo non exprimit culpam, solum obligat ad poenam. arg. L. Cum praetor. ff. de iudic. cap. Nonne. de praesump. Dico secundo. Non peccat talis mercator mortaliter ex eo quod se periculo exponat mittendi ad triemes. Ratio est, quia est dominus suae familiae, & suorum bonorum, ut notat Sor. 5. Iust. quest. 10. art. 2. Nau. ca. 23. nu. 52. Dico tertio. Si periculum sit amittendi vitam, peccat mortaliter se exponendo illi periculo. Ita Beia casu. 13. Ratio est, quia non sumus domini vitae. Dico quarto. Si ita prudenter se agat, ut moraliter nulli se exponat periculo, nec venialiter quidem peccabit. Hæc constat ex terminis, & per se est nota.

4 QVAEST. Quod vitium mercis occultum tenentur mercatores detegere emptoribus? RESP. Tenentur sub mortali illud, ex cuius occultatione proueniet graue damnum emptori, ut si quis indigeret forti vino ad medelam, venderetur ei aqua dilutum: vel si indigeret forti equo ad longa itinera virgentibus causis rei, venderetur equus occulte

occulte mancus, qui post duos dies progredi neque
 Insuper teneretur ad restitutionem damnorum emer-
 rium, & lucrorum cessantium, quoniam sciens, & vo-
 lens causa iniusta fuit illorum. Ita Diu. Thom. 2. 2. q. 77. artic. 2. Maior. in 4. dist. 15. quest. 40. Gabr. ibi q. 1. artic. 3. dub. 1. & alij plures. Dico secundo, Teneretur
 venditor detegere emptori illud vitium mercis, quod
 certa scit emptorem ab emptione remoturum. Ita Cuius
 que 54 Angel. emptio. num. 8. Sylu. ibid. num. 20. Nam
 capit. 23. numer. 89. cum alijs, quos citat. Ratio est, quia
 emptor tunc emit inuitus, & coactus, illudque reus
 parente bonitate, quam mercator falso exponit, tunc
 vt apparet, approbando, emptorem decipiendo in
 In qua deceptione non leuis ei aliunde prouenit in-
 derisionis, cum prædicat rem bonam, quæ defectu
 ab alijs inuenitur. Dico tertio, Non est satis deinde
 pretio, quo aestimaretur res, si bona esset, vt apparet,
 pro vt talis venditur: hæc enim pretij diminutio non
 excusat à peccato. Ita Doctores citati: quia ad huc
 interuenit illusio. Nouum euentum ex dictis dicit
 Caietan. 2. 2. question. 37. artic. 3. aitque teneri talem
 catorem, qui sic emptorem illudit, ad detegendum
 tium nouo emptori, qui à priori vult eam emere,
 bonam, atque vt talem venditam à tali mercatore
 digno. Ratio est, quia ex iniusto dolo causa est de-
 ceptionis.

§ QVÆST. Petit Plato nobilis vir à Socrate mutuas
 mutuas pecunias: negat ille, offert tamen merces, quas
 poterit reuendere, & succurrere sua indigentia. Vendit
 ocrates riguroso pretio, quia expectatur pecunia: emit
 Plato à Socrate infimo pretio, quia offertur præsentis pecunia
 iuxta rationem contractus emptionis, & venditur
 iam te rogavi, & recte respondisti in propria materia
 ptimum præceptum Decalogi. Rogo modo an hic interueniat
 vlla usura palliata ratio, cum idem mercator vendat, &
 emat? R E S P. Affirmat Sor. 6. Iust. qu. 1. art. 2. aitque
 excogitatum modum ad lucrum capiendū ex mutua
 pecunia. Veruntamē nisi adfit malicia interna, & in
 vsuraria, ex natura contractū interuenientiū, nulla
 mittitur vsura. Ita Syl. usura. 2. q. 4. Ang. ib. §. 6. Nam
 nu. 24.

n. 24. *Et ca. 21. n. 78.* Ratio est manifesta, quia Socrates non tenebatur ex charitate succurrere Platoni mutuo dando, sed sat est succurrere vendendo. Probat id latissime Nauar. *capit. 17. numer. 61.* Et in *Apolog. de red. eccles. quest. 2. mon. 4.* Deinde, quia emere presenti pecunia infimo pretio, vendere vero rigorofo expectata, certum est, & indubitatum. Quod vero celebretur emptio, & venditio inter eosdem, vt posset celebrari inter alios, non tollit naturam contractus, neque polluit bonitatem eorum, semota praua intentione, & non interueniente scandalo. Atque sic erit actus charitatis.

6 QVÆST. *Quid censes de pacto, quod inter se promittunt (monopolium appellant) de non emendis certis mercibus maiori pretio, vel vendendis minori, vt ita vilius emant, & carius vendant, quam merces aestimantur?* R E S P. Graue est peccatum, & tenentur ad restitutionem omnes, & singuli. Ita communiter Doctores.

7 QVÆST. *Licetne pigmenta vendere, & fucos ad pingendam faciem fœminarum?* R E S P. Negat Angel. *verb. ars.* atque esse mortale vendere meretricibus, & alijs mulierculis ad libidinem sese pingentibus: nam peccat mortaliter, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniuste. *cap. Notum. 2. quest. 1. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 24. §. 11.* Oppositum tamen dicendum est cum Sylu. *ars. & ornatus. quest. 4. Tabien. ver. ars. quest. 3. & ornatus. quest. 4. Caiet. 2. 2. quest. 169. artic. 1. Nau. cap. 23. num. 90.* Ratio est, quia huiusmodi ornatus ex se non est malus mortaliter, imo per eum intendi possunt multi boni fines, veluti placere marito, nubere digno, tegere naturæ defectus. Si autem malus est, malitia prouenit ex abutentium intentione, ad quem abusum non tendit voluntas vendentium, quæ tota tendit in lucrum ex iusta negotiatione. Argumentum vero non euincit, quia similiter armorum venditio ex se mala non est.

Medicorum peccata. §. 2.

- 1 Ad quid tenentur medici agrotos visitantes.
- 2 Ad quid tenentur medici circa pauperes agrotos.

3 An

- 3 An medici teneantur agrotos monere de mortali-
cina.
- 4 De medicinis adhibendis mulieri pregnant.
- 5 An liceat mulierem aperire ad extrahendum
lem viuam.
- 6 De penis voluntarie abortientium.
- 7 An pater incurrat irregularitatem non occi-
dendo occisionem fetus animati.

QVAESTIO. Ad quid tenentur medici primo
quando agrotos visitantes? **R**ESP. Tenentur con-
nere, vt peccata apud sacerdotem deponant
sacram Eucharistiam suscipiant. Ita iubetur cap. *Con-*
firmitas de poenit. & remissi. dist. 83. Quoniam vero haec
ferme consuetudine abrogata erat, ideo Pius 6. in
proprio super gregem, edito anno 1766. illam reuocauit
didit vero ne post tertium diem agrotum inuicem
eis constiterit per confessoris fidem scripto data
tum iam esse confessum. Insuper, vt in doctrina
iurent, se hanc legem seruaturus. Vt tamen lex
requiritur morbus grauis, & periculosus. Ita Naz-
num. 61. cum Angel. & Rosel. contra Sylu. *in dicitur*
cum Archid. aut saltem ille, qui a principio morbi
posse fieri grauis, & periculosus. Ita Caiet. *in dicitur*
Suar. qui doctissime addit posse talem medicum, qui
etiam nunc infirmum visitare in periculoso tali morbo
quanquam nolit admonitus confiteri: nam tunc ob
lex charitatis, quam nequit lex humana abrogare. *de*
nitio vero fieri potest, vel per se, vel per alios fidei
Neq; est in usu, vt fides confessarij scripto detur, & con-
fiter, sed est satis, si constet testimonio, & dicto
qui agroti curam gerunt.

QVAEST. Ad quid tenentur Medici circa poenitentiam
RESP. Tenentur eos gratis inuifere. Ita iubetur cap. *Noli. de poenit. & remissi. d. t.* & ideo contra factum
cant grauitet.

QVAEST. Tenenturne medicus monere infirmum de
mortalitate mortis, quam prauidet? **R**ESP. Negat Galen. *de*
medico praecipit, quantumcumque despetet de

infirmi, ipsum confortare, & promittere illi sanitatem. Affirmat tamen D. Ambr. vt refertur *de consecrat. dist. 5. capit. Contraria.* dicens præcepta medicinæ contraria esse diuinæ conditioni. Dico igitur. Peccat mortaliter medicus, qui præuidens mortem infirmi, & certo cognoscit illum non esse in bono statu, neque res eius recte statutas, vel saltem probabiliter dubitat, & tamen tacet. Ita Diu. Anton. 3. p. titu. 7. capit. 2. §. 4. *Sylu. medic. quest. 2. Tab. nu. 14. Nau. capit. 25. num. 63.* Ratio est, quia cuique Deus mandauit de proximo suo, & ideo tenemur subuenire necessitati aliorum, maxima autem necessitas est periculum salutis æternæ, & optima dispositio rerum nostrarum. Hoc vero intelligendum est etiam si medicus intelligat, quod ea necessaria monitione ægritudo ingrauescet, quia æterna salus anteferenda temporaneæ saluti. Si vero talis infirmus esset confessus, & dispositus ad moriendum, sed ex monitione melius disponderetur, tacere mortis vicinitatem non erit peccatum interueniente causa, & ad summum veniale tantum. Ita Beia. *cas. 11. p. 1. Ang. ver. medic. §. 6. Rosel. ibi. num. 3.* Ita illi admonentur *cap. Cum infirmitas. de pæn. & remissi.* obligatque sub mortali, iuxta modum a nobis explicatum, vt probat *Sylu. medic. quest. 3.* Hæc autem monitio satis est si fiat per alios pios viros, vt notat Caiet. *in sum. verb. medicus.* & Nau. loco citato. sicque recepta est illa constitutio.

4 QVÆST. Quid habes de medicinis adhibendis mulieri prægnanti? RES. Medicamenta, ab ipsa natura in sanitatem agnita, matri de vita periclitanti adhiberi possunt, etiam cum periculo prolis per accidens peritura. Ita Cord. *lib. 1. quest. 38. dub. 3. & in addit. quest. 173.* Ratio est, quia in periculo vitæ matris extremo, etiam immineret extremum periculum vitæ prolis, ideo nisi subueniatur vitæ matris, necessario sequetur mors prolis, ideo licet per accidens sequatur ex intenta per se sanitate matris non illi fit iniuria. Dico secundo. In extremo vitæ periculo fœminæ prægnantis licet vti medicina probabili ad vitam, & mortem, & experiri, vtum profit ad vitam. Ita Roder. cum Almains. *verb. medicus.* Ratio est, quia in hoc experimento nulla peritura proli fit iniuria.

5 QVÆST. Est prægnans mulier in extrema vita periculo, licetne

do, licetne illam ante animæ exhalationem ad extraneam prolem viuam aperire? R E S P. Minime quidem. Ita loquitur cum Sot. *verb. aduocatus. cap. 5. numer. 3.* Dixi autem ante exhalationem, quia post, cum probabilis sit exitus Medicorum prolem viuere in utero post matris partum, secunda est; ut saltem baptismali aqua huiusmodi proles:

6 QVAEST. *Quæ pæne modo late sunt in abortibus præstantes?* R E S P. Quæ iam pridem late erant in iure communi: nam eas ad ius commune reduxit Gregor. XIII. reuocans censuras adiectas à Sixto V. In iure vero communi abortus peccatum est reseruatim episcopo, si foetus erat animatus, & gignit irregularitatem, quæ homicidium voluntarium. Dixi, si iam foetus creatus: nam abortus foeti inanimati, neque est peccatum reseruatim, neque affert secum irregularitatem. *libellus verb. aduocatus. ca. 6. nu. 3.*

7 QVAEST. *Scit pater matrem uelle occidere præstantem, & cum impedire possit, non impedit, incurrit irregularitatem?* R E S P. Incurrit. Ita Rodericus cum de quos citat *verb. aduocatus. cap. 6. num. 3.* Ratio est, quod necur ex iustitia tueri vitam filij, cum potest.

Monialium peccata. §. 3.

- 1 De confessione menstrua monialium.
- 2 An teneatur monialis esse in monasterio.
- 3 Decretum Concilij Tridentini circa moniales.
- 4 De nouitiatu monialium.
- 5 De velo virginum.
- 6 De velo non virginum.
- 7 An femina non virgo per actum occultum, teneatur non acceptare velum uirginitatis.
- 8 An virgo possit consecrari.
- 9 Quis potest dispensare cum moniali ad exeuntem monasterio.
- 10 Quæ causa requiritur ad dispensandum cum moniali, ut exeat monasterio.

- 11 An possit episcopus dispensare cum moniali ad ex-
eundum monasterio.
- 12 De extensione decreti Pij V. circa moniales.
- 13 An Ordinarius monialium possit eas ab vna in aliã
domum transmittere.
- 14 An Ordinarij monialium possint earum monaste-
rium ingredi.

1 **Q**UÆSTIO. Statuit Concil. Trident. sessi. 24. de Regul.
cap. 10 quod Moniales apud confessarium singulis men-
sibus crimina confiteantur, quaro, an hoc præceptum
illas obliget ad mortale? **R**ESP. Minime. Ita Suarius de poenit.
disp. 36. num. 9. Ratio est sumpta est ex verbis illius de-
creti, quia verbum, *Admonemus*, quo Concilium vitur,
non est præceptum.

2 **Q**UÆST. Teneturne professa monialis sub mortali intra
monasterij clausuram contineri? **R**ESP. Tenetur. Ita illi
præcipitur capit. Periculo de stat. Regul. libr. 6. Concil. Tri-
dent. sessi. 25. cap. 14. de regul. & sic Pius V. proprio motu
declaravit.

3 **Q**UÆST. Qua decrevit Concil. Trident. circa moniales
speciatim? **R**ESP. Non valere earum professionem factam
ante decimum sextum annum expletum. sessi. 25. capit. 16.
Non valere renunciationem bonorum factam à nouitia
moniali, nisi fiat ante duos menses à professione, tan-
demq; renunciatione esse ipso iure irritam. sessi. 25. ca. 16. Ne
bona mobilia, vel immobilia apud se absq; licetia retine-
ant. sessi. 25. ca. 5. Ne quidquam Nouitiæ præter victum, &
vestitum recipiant, excommunicanturque tam dantes
quam recipientes, quouis prætextu id fiat sessi. 25. ca. 16.

4 **Q**UÆST. Circa earundem professionem occurrit dubi-
um graue ex eodem Concil. Trident. enim vero in eadem sessi.
25. cap. 16. præcipit sancta synodus, quod finito tempore
nouitatus, quos superiores inuenerint habiles ad professi-
onem admittant, inhabiles eijciant à monasterio. Esine hoc
præceptum intelligendum circa moniales? **R**ESP. Minime:
ac proinde ex iustis causis potest monialibus professio
deferri ad soluendam, verbi gratia, dotem, ad recupe-
randam salutem, & similia. Ratio est, quia sacrosan-

Medull. Casuum.

N a n ctum

Etum Concil. Tridentia. solum in hoc puncto dicitur
uitios, non nouitias, quas si veller comprehen-
xisset nouitios & nouitias, *vt in eodem cap. dicitur*
quia per decretum circa nouitatus tempora
luit innouare in clericorum religione Societatis
ipsum Concilium loquitur, ideo in ea sanctissimam
tarius tempus aliquando prorogatur quousque de-
tio plenum experimentum capiatur.

6 QVAEST. *Qua monialis potest velari, seu castitate*
R E S P. Sola virgo, mente, & corpore per integritatem
claustrum virginalem. *capit. Vidua. capit. Virgines. 20. quod*
capit. Vidua autem. 27. quest. 1. Neque in hoc potest
scopus dispensare. *cap. De votis. cap. Vidua autem. 27.*
1. docet Diu. Thom. *in 4. dist. 8. & ibid. communiter*
doctores.

7 QVAEST. *Quod velum concedunt iura puella*
puella, & viduis? R E S P. Continentia, seu castitatis,
vt ver. cons. virg.

8 QVAEST. *Teneturne puella, qua occulsum*
virginitatem amisit per maris complexum, aut
pollutionem venereis tactibus emundam velum
non acceptare? R E S P. Quantumuis occultissimum
ius virginis violatio, & virginitatis amissio, cogitatio
talis foemina sub mortali consecrationis velum con-
tere, & multo magis non acceptare, episcopo de-
occulum crimen, vt in velo concedendo mutetur
virginitatis, in nomen castitatis. Ita communis
cum Diu. Thom. *in 4. distinct. 38. Angel. Sylu. Tabernaculo*
mil. virg. consecratio. Albertin. Hostiens. Goffredus
fert, & sequitur Maiolus *libr. 1. capit. 29. num. 12.*
tamen me confessarios monialium plures hac de re
terrogasse, vt praxis vsu certo cognoscerem, & quod
hi respondisse oppositum versari in vsu, atque neque
neque eas aliquantulo circa hoc scrupulo pun-
Prælatos circa id quamlibet adhibere percurant
gentiam, sed pro virgine velari, consecratiq; etiam
vt virgo communiter habetur.

9 QVAEST. *Estne peccatum graue consecrari*
virginem, qua relicta est ante consummationem
per obitum viri? R E S P. Si notorium est inter eos
to n

hille amplexus, oscula, & alios tactus coningibus licitos, maxime: si vero talia interfuere occulte, hoc est, non notorie, & publice, minime, & sic potest consecrari. *Tex. expressus cap. Ne putet. 27. qu. 1. ca. Nec solo 32. quast. 5. D. Thom. 2. 2. qu. 152.*

9 QVÆST. *Quis potest dispensare cum moniali ad exeundum monasterio?* R E S P. Summus Pontifex, & solus ex iure. Ita probat *Nau. capit. Statuimus. 19. qua. 3. numer. 49.* & ita dispensatum à Greg. XIII teste *Roder. in sum. 1. cap. p. ca. 4. 3. num. 3.*

10 QVÆST. *Qua causa requiritur ad huiusmodi dispensationem?* R E S P. Grauis infirmitas, vel diuturnus morbus, qui non nisi in patria, & apud parentelæ benignitatem in pristinam redibit sanitatem. Ita citati Doctores.

11 *Possuntne etiam episcopi, aut alij Ordinarij aliquando dispensare?* R E S P. Si monialis sit infecta morbo contagioso, veluti pelti, lepra, imo gallica lue, vt vocant, notitates appellant *Boubas*. Item si monasterio vicinum sit incendium, & periculum conflagrationis, possunt quidem. Ita decreuit Pius V. motu proprio.

12 QVÆST. *Extendine licet hoc decretum Pij V. ad alios euentus?* R E S P. Ad euentum belli, cum iam hostes obsident locum, quem probabile sit eos ingressuros, & inuentos partim occisuros, partim turpiter, & inhoneste tractaturos. Ita communiter Doctores, *Nau. tamen citato ca. Statuimus 19. quast. 3.* illud extendi ad quemlibet, quo monialis vita in mortis est discrimine, nisi exeat, & apud suos duceretur, iuxta piorum, & sapientium medicorum iudicium. Sed immerito, vt notat *Guterrius*, est enim contra expressam Pontificis mentem; ille enim non particulari vnus monialis, sed communi salutis, & incolumitati voluit consulere, quod si non egressa monasterio morietur celerius, quid mirum, quoniam homo natus morti solvere tenetur debitum in eo vitæ modo, quem suscepit.

13 QVÆST. *Potestne episcopus, & Ordinarius Monialium, urgente causa monialem ab vna domo, in aliam transmittere?* R E S P. Potest. Ita *Nauar. proxime nu. 48.* & *Guterrez citatus*. Ratio est, quia id cedit in bonum commune, & ideo non prohibetur in motu Pij V.

24 QVÆST. Possuntne Episcopi, & Ordinarij monasteria ingredi monasterium earum pro ut liberit, absque causa? R E S P. Minime. Ita Nau. lib. 3. conf. de stat. mon. c. 1. proinde peccat grauitur monialis, quæ ficta causa ad ingressum allicit.

Monasteria ingredientium peccata. §. 1.

1 De pœnis ingredientium monasteria feminarum.

2 Qui innodantur t alibus pœnis.

3 Quis potest concedere licentiam ad ingrediendū monasteria feminarum.

4 An peccet Ordinarius monialium ingrediendū que causa monasterium.

5 De pœnis feminarum secularium ingrediendū monasteria.

QVÆSTIO. Qua pœna puniuntur ingredientia monialium monasteria? R E S P. Excommunicantur cuiusque sint ætatis maliciæ capacis, & contumacis, si absque Ordinarij licentia in scriptis data ingreantur. Ita decreuit Concil. Trid. sessi. 25. cap. 11. Revertitur soli Papæ per idem Conc. Trid. cap. 5. & Pium 7. Greg. XIII.

2 QVÆST. Innodantur ne hac excommunicatiōe reseruata omnes; qui quauis de causa illicita ingrediuntur monasteria monialium? R E S P. Non leue est dubium. ca bullas Pij V. & Greg. XIII. nam videatur solum de ingredientibus prætextu licentiarum ante eas conditiones habitatum. Oppositum tamen declarauit vixit oraculo Greg. XIII. teste Nau. cap. 11. Statutum 19. quibus num. 62. & ita obtinuit vsus Curie, & sacre pœnitentiæ praxis.

3 QVÆST. Licetne Ordinario pro licito cuius causa licentiam ingrediendi monasteria monialium? R E S P. Minime, sed requiritur causa necessaria, & aliter faciens peccat grauitur: similiter ij, qui cum tali licentia ingrediuntur. Ita Doctores communiter.

4 QVÆST. Ipsine Episcopi, & Ordinarij peccant ingrediendo absque causa; pro vs illis placuerit? R E S P. Peccant grauitur.

grauiter. Ita Nau. consil. libr. 3. de stat. monach. cons. 6. cum alijs pluribus.

5 QVÆST. Quæ poena multantur foemina ingredientes monasteria monialium? RESP. Excommunicationis. Ita Concil. Trid. sessi. 25. cap. 5. & Gregor. XIII. in sua constitutione, ideoq; peccant mortaliter ingrediendo. Huiusmodi vero excommunicatio ligat moniales, quæ mulieres insanas, aut viros mente captos in monasterium intromittunt. Ita Nauar. capit. Statuimus, 19. quæst. 3. num. 59. & in manu. cap. 25. numer. 143. colligitque rationem ex ipsa mente Concilij, quæ fuit monasteria sacrosancta, & intacta à laica gente conseruare, quæ non leuiter laicorum vestigijs foedatur.

Maritorum peccata circa dotis solutionem exigendam. §. 5.

- 1 De non soluta dotis fructibus.
- 2 De pignoris fructibus pro dote nondum soluta.
- 3 De fructibus dotis expectata.

1 QVÆSTIO. Non soluitur dos promissa, quid licet marito accipere, quatenus dos soluat? RESP. Tantum, quantum singulis annis aliquis mediocriter industrius ex ipsa dote salua ipsa, comparare sibi posset. Ita conceditur cap. Salubriter de usur. Eamque summam determinat summus Pontifex illi debere ex iustitia, inuito etiam socero, & renuente ad sustentanda onera matrimonij, quo ad vsque dos tota reddatur. Ita Panorm. & ceteri iuris Doctores ca. Salubriter. citato. Caiet. 2. 2. quæ. 78. ar. 3. Gabr. in 4. d. 15. qu. 11. Soc. 6. Iust. qu. 1. ar. 2.

2 QVÆST. Accepit maritus in pignus soluenda dotis rem fructiferam, quæro an fructus pignoris teneatur computare in summa dotis? RESP. Minime: sed fructus pignoris sunt mariti, & dos integra reddenda est. Ita statuitur cap. Causam quæ de rescript. cap. Cum M. de consuet. L. fin. Cod. de fid. inst. tradit Felyn. & alij. d. ca. Causam. quæ.

3 QVÆST. Consensit maritus verbis communibus, & solutus proferri à quouis ingenio viro in dilatione soluenda dotis, rogo, an in conscientia possit capere fructus pignoris accepti pro soluenda

soluenda dote? R E S P. Potest. Ita Beia 3. p. cas. 13. Ratio est quia hæc expectatio, facta generalibus verbis, interpretatur facta secundum consuetudinem iuris. Neque per generalia colligitur quemvis velle cedere suo iuramento. Liber vero dispositio in dubio intelligitur facta iuris, & consuetudinem. ca. Cum dilect. de consuetud.

Matrum peccata circa nutritionem filiorum. §. 6.

I De nutritione filiorum.

QUÆSTIO. Quod peccatum committunt matres nutritionem filiorum? R E S P. Peccant mortaliter cum de nutrice eligenda non adhibent diligentem curam ad bonam filiorum educationem: cum nutriçis vitia, cum ipso ebibi nutriçis lacte fatis, & ostendit longa rerum experientia, qua edocta Cambrænsium Regina generis ignominiam Troiano dicitur iccit. *Æn. 4. Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanio flor, Perfida, sed hoc Hircanæq; admorunt ubera Tyrranæ* imbibitæ cum lacte feritatis insimulans. Ita Nauat. 17. Deinde peccant mortaliter, cum filijs per viciam denegant sustentationem, seu alimenta, cum illa potest suppeditare. Ita idem Nauat. Ratio sumitur ab ipsa natura, qua docemur filiorum curam agere, dum per se habere nequeunt, vt habent brutæ ipsæ animantes, & homines. Deniq; peccat mortaliter, quæ cum intellectu notabiliter, impedire prolis creationem siue in utero extra ventrem sit, attamen ieiunat, siue ieiunet ex devotione, siue etiam ex Ecclesiæ præcepto, quia ex naturali obligamur ad alendam, nutriendamq; prolem, & neq; deuotio, neq; Ecclesiæ præceptum derogare potest. Euentus occurrit memoriæ, a nemine hæctenus agnitus dignus tamen notatu, & explicatu. Patitur mater quæ concupiscentiæ tentationes ad incontinentiam proccantes, seu potius cogentes: experimento didicit, quæ vi eas se superaturam, nisi ieiuniorum macie, & debilitatione: veruntamen aperte videt prolem, aut periculum aut notabile salutis detrimentum passuram propter astis, seu matris virium defectum. Quid igitur, debet propria salutem spiritualem, & continentiam auertere

re pro
chari
bus a
mors

1 D
2 A
3 D
4 A
5 D
6 D
7 A
8 A
9 C
10 S
11 A
12 I
13 I
14 I

re proli salutem corporalem? Arbitror posse, & debere, iuxta
charitatis ordinem, qua docemur spiritualia corporali-
bus antepone, tum nostra, tum aliena, atque subsecuta
mors, vel debilitas proli per accidens sublequetur.

AD LIT. N.

CAPVT XIII.

Nouitiorum peccata §. I.

- 1 De nouitijs cum are alieno monasterium ingredien-
tibus.
- 2 An data cautione creditoribus, possit debitor religi-
onem ingredi, & profiteri.
- 3 De nouitio negante se esse coniugatum cum propter
uxoris adulterium ad religionem migrat.
- 4 An peccet nouitius negando, quod illi ab examinato-
ribus religionis proponuntur.
- 5 De nouitijs relinquentibus parentes pauperes.
- 6 De nouitijs credentibus parentes suos ad paupertatem
deuenturos.
- 7 An qui vouit religionem, teneatur potius parentum
inopia succurrere.
- 8 An valeat professio omissa in necessitate parentum.
- 9 Quando tenetur religiosus professus exire monaste-
rio ad subueniendum patri, aut matri.
- 10 Quis potest dispensare cum religiosis ad relinquen-
dum habitum.
- 11 An, qui vouit religionem, possit acceptare episcopa-
tum.
- 12 De transitu ab vno ordine in alium.
- 13 De tempore nouitiatu.
- 14 De electione ad professionem.

NBB 4

QUEST.

1 **Q**UÆSTIO. Peccatne mortaliter ille, qui a se
debitorum religionem ingreditur? **R**ESP. Peccat
manebatque olim obligatus ad satisfactionem
quo modo posset, religiosus tamen emissâ votorum
missione manebat. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 1.
Sot. 8. Inst. qua. 1. art. 4. Angel. ver. religiosus. Nau.
dicatis. comm. 2. de reg. num. 42. Modo vero post
V. talis professio est ipso iure irrita, ut notat Rod. in
2. p. capit. 4. cum Aragon. 2. 2. quem citat, peccat
mortaliter ingrediendo religionem, & tenetur ad
penfas cum eo factas, quia fefellit in re graui, si
dixisset se multa debere, nequaquam admittetur,
iubet summus Pontifex Sixtus V.

2 **Q**UÆST. Habet Titius multa contracta debita, quæ
bet facile vnde soluantur: ipse tamen correptus subitâ
amoris flâmis, statim vult migrare ad religionem, caeteris
debitoribus data, qua facili negotio suum reciperent, Titius
talibus ingrediendo religionem, antequam soluat? **R**ESP.
quaquam. Imo Sixtus V. id satis declarauit illis con
ingenti are alieno supra vires suarum facultatum pe
natos. Ita Rod. cit. loc. Nam si facultates debitorum
rent, nequaquam reijciuntur à Sixto V.

3 **Q**UÆST. Titius quoad torum separatus à coniu
gata, vult ingredi religionem, rogatur ab examine
religionis, an sit coniugatus, peccatne dicendo se non
iugatum, ut facilius admittatur ad religionem? **R**ESP.
Minime. Ita Roderic. 2. p. summ. capit. 6. Ratio est
ad illum effectum non est coniugatus, nam, ut sic
di potest in religionem, teste Nau. cum communi
conf. 3. fol. 228.

4 **Q**UÆST. Rogatus Titius, qui religionem ingredi
de ijs, qua in chirographo rogationum continentur, parat
negando interrogata? **R**ESP. De interrogatis alia sunt
sententialia ad ingressum, & professionem religionis, ut
queis tam ipse ingressus, quam professio sunt irrita &
nulla. Alia necessaria ad utilitatem religionis: hæc sunt
utilitas, vel est magna, vel mediocris, possumus vocare
cum Logicis alia necessaria ad esse, alia ad bene esse
religionis. Dico igitur primo. Peccat mortaliter, qui negat
necessaria ad essentiam, & validitatem, seu ingressum, seu
profes-

professionis: in super tenetur ad restitutionem expensarum, quas monasterium in eo sustentando consumpsit. Dico secundo. Peccat mortaliter, qui negat interrogata pertinentia ad magnam utilitatem religionis. Ratio est manifesta, quia fallit in re graui, de quibus interrogatur iudicem, & quæ detegere ex iustitia obligatur, vt sic taceat morbum gallicum, phthisim, &c. vel alium similem. Dico tertio. Peccat tantum venialiter, qui tacet interrogata pertinentia ad mediocrem utilitatem domus. Hæc est manifesta. Hæc doctrina est Nauar. lib. 3. *constit. de regul. conf.* 25.

5 QVAEST. *Peccatne mortaliter, qui relinquit parentes pauperes, quæ potest subuenire, & ingreditur religionem?* R E S P. Si paupertas grauis est, & actualis, hoc est præsens, peccat mortaliter: non vero si leuis, & modica. Ita D. Tho. 2. 2. *quæst.* 101. *art.* 4. & *quæst.* 189. *art.* 6. Alens. 3. *p. quæst.* 33. *mem.* 4. Angel. *religio* 11. Ratio est, quia ex iure naturæ tenentur filij subuenire parentibus indigentibus filiorum ope. Et ideo nullum est votum de ingredienda religione: si fuerit in actuali parentum necessitate emissum. Nam votum est obligatio voluntaria: subueniendi vero obligatio parentibus est de iure naturali, contra verò ius naturale non datur obligatio voluntaria.

6 QVAEST. *Credit probabiliter filius parentes deuenturos decurru temporis ad magnam paupertatem, & quidem illius ope fore, vt indigeant potest licite ingredi religionem?* R E S P. Potest. Ita D. Tho. 2. 2. *quæst.* 101. *art.* 2. *ad* 2. Ratio est, quia filius non tenetur subuenire parentum necessitati futuræ, sed præsentis.

7 QVAEST. *Erant parentes Titij diuites, & in ea parentum abundantia vouit Titius ingredi religionem, ante tamen ingressum deueniunt parentes ad magnam inopiam, ad quid igitur tenetur?* R E S P. Ad subueniendum parentibus. Ratio est, quia obligatio voti simplicis, nõ tollit obligationem naturalem, qua tenemur subleuare parentum indigentiam.

8 QVAEST. *Professionem emisit Titius, existentibus parentibus in graui neecessitate, vel extrema, estne valida professio?* R E S P. Valida. Ita Nau. lib. 3. *conf. de Regul. conf.* 20.

9 QVAEST. *Quando obligatur religiosus exire monasterio*

ad subueniendum parentibus: RESP. Cum necessitas est extrema, & grauis, quæ talis erat antequam ille ingrederetur. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 70. art. 4. qu. 1. Nauar. cap. 7. n. 14. Dixi, cum grauis erat, antequam ingrederetur, quia post ingressum euenit, non tenetur: at tamen potest agere diuina, licet non obtenta, à superioribus licentia. Notat Tolet. lib. 5. cap. 1. num. 6.

10 QVÆST. Quis potest dispensare cum religioso ad relinquendum habitum ex causa: RESP. Solus Papa, & non alius ab eo. Ita Nau. c. Nullum. 18. q. 1. n. 48. & lib. 3. cap. 1. de Reg. cons. 54.

11. QVÆST. Titius uouit se ingressurum religionem: post uotum offertur ei episcopatus, quid dicendum, tenetur implere uotum, & episcopatum non acceptare? RESP. Minime. Ita responsum est à Salmanticensibus Doctoribus, teste Roder. in sum. 2. p. cap. 6. num. 6. iuxta D. Thom. 2. 2. q. 18. art. 3. ad 1. & Caiet. ibid. Panorm. c. Pertuas. Henric. 1. am. lib. 10. de sacr. ord. ca. 32. n. 4. Ratio est, quia status episcopatus perfectior est statu religionis.

12 QVÆST. Estne tutus in conscientia, qui de licentia superiorum, ab una religione migrat in aliam laxiorem? RESP. Si talis dispensatio iustam habuit causam, tutus est: non dispensare sine iusta causa, nec ipse Papa est potestas, & ideo qui sine causa dispensatus est ad transitum, in materiali peccato est. Ita Nau. cap. Statuimus. 19. q. 3. num. 2. & proinde sic intelligendum est Concil. Trid. sess. 2. ca. 19. de Regul. cum oppositum uideatur statuere: loquitur enim de transitu absque superiorum licentia, ut explicat Nau. & Rod. in sum. 2. p. cap. 6. num. 8.

13 QVÆST. Licetne modo post Conc. Trid. deinere nouitium in religione, non emissa professione, cum dicat sancta Synodus sess. 25. cap. 16. finitio tempore nouitatus, superiores monachos quos habiles inuenerint, ad professionem admittant, aut è monasterio eijciant? RESP. Interueniente iusta causa licet. Ita responsum fuit & declaratum à Congregatione Cardin. teste Roderico in sum. 2. p. cap. num. 3. Et quamuis dicta Congregatio ob duas causas, quas memorat, dicat fieri posse huiusmodi temporis dilationem, quia tamen in aliis eadem est ratio, sic de eisdem dicendum, atque de illis duabus, ut recte explicat citatus auctor. Hæc autem apud

apud moniales satis est dos non soluta, sed quæ expectatur solvenda.

14 QVÆST. Estne tutus in conscientia novitius, qui bene scit se admissum fuisse ad professionem ex solo placito prælati refragantibus votis maioris partis conventus, apud quos novitiatum egi? RESP. Tutissimus. Nam licet prælatus teneatur subditorum vota consulere, adeo ut peccet mortaliter non consulendo quia absque tali consultatione professio est irrita, illa tamen vota sequi non obligatur, cum iudicat oppositum esse iustius. Ita Sylu. relig. 3. num. 13. Panorm. cap. Ad Apostolicam. de Regular. Navar. citato loco. & alii plures.

Notariorum, seu scribarum peccata. §. 2.

1 Quando peccant notarij in pretio.

2 De distributione causarum.

1 QVÆSTIO. Dicitur de peccatis notariorum, seu scribarum in pretio scripturarum? RESP. Peccant secundum quantitatem acceptam exigendo, vel oblatam acceptando plus, quam à lege, & Rege illis est taxatum. Ita Instruct. confess. 2. pag. cap. 29. & Instruct. negot. lib. 1. cap. 18. Dixi, vel oblatam acceptando, quoniam talis acceptatio grauib. pœnis à Rege, & lege prohibetur eis, quas recensere non est huius instituti. Non tamen obligantur ad restitutionem acceptorum, quia leges illæ non sunt annullantes, sed tantum prohibentes, & ideo eos non reddunt incapaces dominij acceptarum pecuniarum. Ita Medin. in sum. lib. 1. cap. 19. §. 6. Nav. cap. 25. num. 52 & Petr. Navar. libr. 2. de resit. cap. 2. nu. 15. Si tamen extraordinarium laborem adhibent rogatu partis, pro illo, quem iure non debebant, pretium petere, & acceptare posse nullus est, qui neget.

2 QVÆST. Quid cen. es de notarijs distribuentibus alijs scribis causas, cum rogatu partium huius, vel illis distribuunt? RESP. Credo equidem id tribuendum industriae partium, cum expectant tempus, in quo vacua (sic enim loquantur) maneat domus illius scribæ, ut ita possit causa ei demandari, ac proinde nullum interuenire peccatum ex parte distribuentis, licet ex intentione partium, graues queant

queant

quanc interuenire iniustitie, si nempe intendat g
rumpere largitionibus scribam pro aliqua iniusticia
committenda.

AD LIT. O.

CAPVT XIV.

Oppositorum in concursu beneficij
peccata. §. 1.

- 1 An sit simonia offerre digniori oppositori pecunia
procedendo oppositoribus dignis.
- 2 Ad quid manet obligatus talis simoniacus.
- 3 An sit simonia cogere suffragatorem ad feruam
suffragium.

QVAESTIO. Expositum est concursu beneficij
nunt se duo, dignus & dignior: com mittitne simonia
dignus, qui digniori pecuniam dat, vt desinat
sione: RESP. Committit. Ita Sor. 9. Insl. quest. 6. artic. 1.
2. Sylu. simon. quest. 3. reg. 4. Nauar. capit. 23. num. 90.
Ratio est, quia dignior candidatus habet ius ad tantum
illo beneficio concursu exposito, ius vero illud est quod
annexum ad spirituale, scilicet ad beneficium: dicitur vero
pecunias pro annexo spiritualibus, vt spirituales sunt, et
quædam emptio, & venditio rei annexæ spiritualibus
atque vendere, aut emere annexum spiritualibus, pro
spiritualibus sunt, est simonia, vt docet D. Tho. qu. 100. ar.
4. Sylu. simonia. quest. 1. Nauar. cap. 23. nu. 99. Ergo cum
hac datione, & acceptione interueniat emptio, & venditio
rei annexæ spiritualibus, vt spirituales sunt, interuenit
etiam simonia.

2 QVAEST. Ad quid manet obligatus talis simoniacus
RESP. Ad cedendum beneficio, & restituendos fructus
perceptos. Ita Beia. 2. p. cas. 5. Ratio est, quia ista simonia
fuit realis (dicitur enim realis illa, qua conuenitur re-
pre-

preffe, vel tacite, & ex vtraque parte completur, saltem quoad aliquam partem promissorum vtriusque partis) ideo commissum fuit lethale crimen, & contracta excommunicatio maior, supra quam cadens presentatio, electio, confirmatio, prouisio, & qualibet alia dispositio, est ipso iure nulla, & irrita, vt decernitur *Extrau. 2. de sim.*

3. *QVÆST. Committitne simoniam lethalem, qui metu graui cogit suffragatorem, vt ei suffragetur in concursu?* *RES P.* Affirmarunt aliqui teste Altiſiodor. 3. p. tract. 2. Ratio eorum erat, quia metus est res pretio æſtimabilis: nam ab illo metu se potest quisque pecunia redimere, atqui eo interueniente, & cogente, interuenit quædam species emptionis, & venditionis, ergo, &c. Dico tamen. Quantumuis talis metus illatio iniusta sit, & secundum merus grauitatem grauior culpa, eo tamen interueniente, & cogente, suffragatio non est simoniaca. Ita *Vict. relict. de sim. dot. 9. Inst. quæst. 4. a. 3. ad 3.* Ratio est, quia metus vt sic, non habet rationem pretij. Vt sic dixi, quia interueniente etiam cum eo vexatione iniusta, pretio tunc redimi potest. Aduertendum tamen est, posse cum metu interuenire lucrum cessans, aut damnum emergens, verbi gratia, Nisi suffrageris mihi, faciam, vt amicitia Regis cadas: faciam, vt officium tibi tali adimatur. Et tunc metus hic ratione lucri cessantis, vel damni emergentis multo pretio est æſtimabilis, hoc supposito. Dico secundum. Suffragatio, & collatio beneficij tali metu data, est simoniaca, ac proinde candidatus peccat grauite beneficium acceptando, teneturque eo cedere. Ita colligitur ex *Caetan. 2. 1. q. 100. art. 5. & in sum. verb. simon. Innoc. ca. Tuam. de atate, & qualis. Nauar. cap. 23. num. 102. §. 10.* Ratio est, quia in hoc iniusto metu extrinsece illato, sub illis expressis, vel tacitis minis lucri cessantis, vel damni emergentis interuenit quædam emptio, & venditio rei proxima spiritualibus, pro vt spiritualia sunt.

Occasionum peccata. §. 2.

I *Quas occasiones tenemur euitare.*

I *QVÆSTIO. Quas occasiones tenemur sub mortali euitare?* *RES P.* Non nimis remotas, quia sic omnis creatu-

creatura est occasio peccandi. Sapien. 14. Creatura uer-
 rationem facta sunt, & in muscipulam pedibus insipientis. A-
 loqui, ait Paulus. 1. Corinth. 5. debuissimus de hoc monder-
 ire. Item non eas, de quibus creditur tam a confessoribus,
 quam a pœnitente, quod aliquando cum ijs peccat
 mortaliter. Ita Innocent. capite. Omnis. de pœn. & respo-
 Cordub. in quæst. variis quæst. 4. Nam cap. consultatus
 frig & malef. permittuntur Bertha, & Titius cohabitantes
 simul ut fratres, inter quos non constitit matrimonio
 propter frigiditatem viri: & tamen licet non haberent
 potentia cocundi, ex cuius defectu inualidum fuit con-
 iugium, credibile est interuentenda oscula, & ampulatus
 quæ peccata mortalia sunt. Præterea non eas in quibus
 creditur difficile posse peccatum mortale vitari. In
 Greg. Pap. c. Negotium. de pœn. dist. 5. & c. Qualitas. cap. Co-
 rnar. eadem dist. Docet Nauar. in Add. cap. 3. sum. Dicitur
 tur eam, & solam tenemur sub mortali vitare occasio-
 quæ proxima peccati est. Occasio autem proxima peccati
 illa, & sola est, qua quis credit se nunquam illa vitari
 aut raro, quin peccet mortaliter, attentis circumstantiis
 loci, temporis, & personæ.

Occidentium, seu interficientium
 peccata. §. 3.

- 1 An possim occidere inimicum, qui non vult desistere
 à me quarendo, ut me occidat.
- 2 An teneatur ad restitutionem, qui occidit homi-
 nem, iam ad mortem damnatum.
- 3 An peccet quis occidendo, quem Princeps permittit
 ut damnatus à quouis occidatur.
- 4 De restitutione facienda heredibus occisi.
- 5 An grauius peccet, qui nobilem, quam qui ignobilem
 occidit.
- 6 An peccet maritus occidendo adulteram uxorem,
 deprehensam in adulterio.

8 **Q**UÆSTIO. Rem proponam satis arduam, & despo-
 lem, sed spero, ut digne responso satisfacias, capite
 Hanc

Habet Titius inimicum Sempronium, qui vult Titium occidere: sapissime à Titio, & amicis Titij rogatus non vult redire in amicum: cogitur Titius propter Sempronij odium animi propositum, & minas contumacis hominu libere exequentis animi cupiditates exulare, propriam domum, patriam, amicos relinquere: quæro, an ad redimendam tam acerbam, & iniustam vexationem possit occidere Sempronium? RESP. Potest. Ita Bannes. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. dub. 4. Totum fundamentum desumitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 84. artic. 7. Et ex iuris peritis. cap. Significasti. 1. Extrauag. de homic. cap. Si vero. 1. Extrauag. de excomm. quia ista contumacia actualis, est violenta actualis aggressio; sed actuali aggressioni iniuæ possum occurrere occidendo, igitur. Deinde, quia potius meæ, quam alienæ vitæ teneor consulere, quando ex alterius malitia periculo est exposita mea, teste D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 7. mea autem vitæ in præsentis euentu semper est actuali periculo exposita; ergo, &c. Tertio, quia licet iure naturali cuique actualē vim vi repellere cap. Olim. 1. de restitut. spoliat. l. scientia. §. Quicumque aliter. ff. ad l. Aquiliam, & sape alibi: sed in nostro casu datur perpes actualis vis per perpetem actua- lem contumaciam inimici volentis me occidere; ergo, &c. Quarto, quia cum bona est electio finis, bona quoque est electio mediortim necessariorum ad talem finem, sed in nostro euentu bona est intentio meam vitam conseruandi, meaque omnia salua, & incolumia; medium autem vnicum, & necessarium, est occisio inimici; ergo bona est electio huius occisionis. Quinto. Recludor domi, adest inimicus pro foribus, vt me exeuntem occidat, perseverat dies, noctesque, mensem, & annum, nec abest puncto, possum, vt nemo negat exploso globo, vel emissa sagitta intus illum occidere, cum non superest alia ratio euadendi; ergo similiter in nostro casu. Quod si quis dicat: Potest Titius euitare huiusmodi aggressionem separando se, & fugiendo. Respondeo Titium non obligari propter superbiam, & contumaciam alienam domo sua, opibus, & amicis cedere. Denique quia occupatorem rerum mearum iniustum possum occidere ad eas recuperandas, si aliter recuperare non possum: sed euentu proposito talis Sempro-
niu.

nus inimicus iniuste occupat res Titij, per conuictum propositum priuandi illum patria, domo, opibus, liberis, amicis, & alijs pretio æstimabilibus; ergo licite potest occidere. Hæc est mea sententia, quam iogenæ cuiusuis melius iudicantis correctioni submitto.

2 QVAEST. Erat Reynaldus per iustam iudicis sententiam damnatus capite; quod quidem passurus erat supplicium, si comprehenderetur: inuenit eum Socrates. Et ex malevolentia occidit Reynaldum, rogo, an teneatur Socrates ad alimentum filiorum Reynaldi à se occisi, ac si Reynaldus pater capite non esset damnatus? RES P. Teneatur. Ratio est, quia illa occisio à particulari persona facta, fuit iniusta: ubi vero est dignificatio iniusta, ibi semper debetur restitutio, ut est Theologorum assertum in 4. d. 15. §. 2. q. 62. cum D. Thom.

3 QVAEST. Si Princeps iubeat, ut quisque possit Socrum inuentum occidere, peccatne, qui Socratem interficit? RES P. Si Socratis scelera iustam commuerere sententia penam, minime. Nam Princeps id potest præcipere, cuiuslibet malefactor è vita, ut crimina exigunt, tolli nequeat. Ita Panormitan. cap. fin. 2. de consuetud. & ibi Glor. Bald. L. Omnes populi. ff. de iust. & iur. §. L. Amissione. §. de capite. Ioan. Andr. in Add. ad Spec. tit. de consi. Tab. & Acm. ubi bannitus Exemplo Moysis præcipientis, ut vnusquisque fratrem suum, & amicum pro peccato vituli confecti occidat. Recte tamen adnotarunt prædicti Doctores discrimen inter bannitorum occisores per permissionem legis, seu statui, & per iussionem Principis: auctore occisorem permissiue peccare mortaliter, quamuis à Principe non puniatur, quemadmodum non puniatur occisor adulteri: occisorem vero iussiuè non peccare. Et ita omnino dicendum censeo.

4 QVAEST. Quantum tenetur restituere occisor hereditatem occisi? RES P. Hac in re certam regulam assignare, neque quam hætenus potuerunt Auctores, ideo prudentis arbitrio relinquendum est, considerantis damnum ortum ex tali occisione, æquando plus, minusve illud cum restitutione, ut sic fiat æqualitas inter damnum, & restitutionem, quæ quidem in diuisibili non consistit.

5 QVAEST. Quod est grauius homicidium hominis nobilis,

an ignobilis? RESP. Nobilis, Habetur id in vtroque iure. In civili. L. Aut facta. ff. de pœnis. canonico vero c. Aut facta. de pœn. dist. 1.

6 QVÆST. Peccatne mortaliter maritus occidendo uxorem comprehensam in fragranti adulterio? RESP. Peccat. Ita communiter Theologi, D. Thom. in 4. d. 37. quæst. 7. articulo. id Palud. Syll. hom. 1. quæst. 2. Soc. libro 5. Iust. quæstio. 3. articulo 3. dubio 2. Ita communiter iuris periti. Textus expressus cap. Inter in. Gloss. singularis capit. Intersectoribus. capit. Admonere. 33. quæstio. 2. Abb. Annania. Felix. in capit. Interfecisti de homicid. Præpositus. capit. Veniens & cap. 2. de sponsalib. Navar. capit. 15. numer. 4. Couar. libr. 2. de sponsalib. capit. 7. §. 7. numer. 8. Ita communiter iuris Casarei Doctores. Ias. L. ubi pactum. numer. 16. Cod. de transact. Faber in L. Gracchus. Cod. de adulteriis. Tiraquel. lib. de iure mariti libro 8. qui plures refert, & multo plures Barbosa tom. 2. ff. soluto matrimon. L. si ab hostibus. §. fin. numer. 43. pag. 120. Quamquam ipse oppositum sentiat. Sed immerito. Nititur enim fundamento, quod non probat, ut statim dicam Ratio est, quia fumere vindictam est solius Dei opt. max. Eam enim sibi soli arrogavit. Mibi vindictam, & ego retribuam. Ezech. 9. & Deut. 32. Rom. 12. Certum tamen est leges civiles in hoc crimine connuere, atque huiusmodi uxoricidium permittere, & impunitum relinquere. Ita Text. in L. Gracchus Cod. Ad L. Iuliam de adult. L. Maritum. ff. de adult. Non ex eo quod constituant maritum executorem pœnæ à legibus impositæ adulteræ, ut sine textu, & ratione arbitratur Barbosa: sed ut cuitentur adulteria. Quod si Barbosa consentiamur in legibus interpretandis. Adhuc conclusio non ita affirmanda, quoniam rarus inuenietur uxoricida, qui omni vindictæ passione liber, Zelo tantum iustitiæ procedat in nece inferenda.

AD LIT. P.

CAPVT XV.

Prædicatorum peccata. §. 1.

- 1 An doctor, vel licentiatus in Theologia indigent licentia Ordinarij ad prædicandum.
 - 2 An de parochi licentia sola, possit doctus, & prudens prædicare.
 - 3 An peccet mortaliter, qui prædicat habens peccatum mortale.
 - 4 An peccet, qui reprehendit publice peccata, quæ ipse occulte habet.
 - 5 An reprehendenda sint peccata publica.
 - 6 De reprehendentibus peccata Ecclesiasticorum.
 - 7 Quomodo reprehendenda sint Ecclesiastica personæ.
 - 8 De prædicantibus falsa miracula.
 - 9 De prædicantibus vaniloquis.
 - 10 De prædicantibus absque licentia Ordinarij.
 - 11 Quam censuram incurrit qui prædicat absque licentia Ordinarij.
- 1 **Q**VÆSTIO. Potestne Doctor, aut Licentiatus in Theologia prædicare absque Ordinarij facultate: Responsum. modo post Concil. Trid. non potest, cautum est §. 23. cap. 15. Adnotauit Cord. in miscel. casu 16.
- 2 **Q**VÆST. Potestne Prædicator de licentia cuiusque Parochi prædicare in sua parochia absque licentia Ordinarij: Responsum. Quisque parochus potest concedere licentiam homini docto, aut monacho, & prudenti, vt bis, aut ter prædicet in sua parochia absque alia licentia Ordinarij. Ita Henric.

Henrici lib. 7. de indulg. Mancius, & alij, quos citat, & sequitur Rod. in sum. 2. p. cap. 22. Ratio est, quia Conc. Trid. solum in regularibus requirit licentiam Ordinatij. Ita etiam Saa. verb. predicare. n. 3. An vero parochus possit hanc licentiam dare laico docto, omnes negant, requiritur igitur, ut sit clericus saltem in minoribus. Ex sententia vero Saa. requiritur, ut sit diaconus.

3 QVAEST. Estne peccatum mortale predicare in mortali? RESP. Minime. Ita Saa. verb. pred. n. 2. Ratio est, quia predicare non est actus ordinis sacri, sed officij publici. Ammonendum tamen est scandalum.

4 QVAEST. Peccatne mortaliter predicator, qui publice peccata reprehendit, qua ipse occulte committit? RESP. Affirmat Sylu correctio. n. 15. Nau. cap. 25. num. 42. Negandum tamen est cum Caiet. 3. p. q. 64. art. 4. Scot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. Rod. in sum. 2. p. c. 22. nu. 4. Dico igitur. Si peccata sunt occulta, peccare solum venialiter. Ita Cater. prox. Ratio est, quia rem sanctam non sancte peragit, & reuerenter. Si vero peccata sunt publica, peccat mortaliter. Ratio sumitur ex scandalo coram scientibus, qui dicunt: hypocrita eijce prius trabem de oculo tuo, & tunc incipies eijcere festucam de oculo fratris tui. Ita Cord. lib. 1. q. 50. puncto 2. Instruct. Confess. 2. p. c. 10. col. 99.

5 QVAEST. Sunt peccata publica, de quibus non speratur delinquentium emenda, speratur tamen timor communis, & virtutu maiestas ab omnib. veneranda, tenetur predicator reprehendere talia peccata? RESP. Tenetur, quoniam et si non datur spes emendae singulorum publice sic peccantium, speratur tamen boni communis augmentum. Ideo D. Ioan. Baptista reprehendebat Pharisaeos minime quidem corrigendos: Si vero ex predicatione neque bonum particulare, neque publicum speretur, ea super sedendum est ex sententia D. Hieronymi cap. 5. Amos, & Turrecr. c. Non est. 2. quest.

6 QVAEST. Sunt aliqui regulares predicatorum, qui ut secularibus laicis placeant detestatis verbis, aut equipollentibus signis acriter reprehendunt Ecclesia prelatos, & sacerdotes, eorum vitia propalando, dicuntur peccantne mortaliter? RESP. Peccant. Ita grauius cauetur Clem. 1. §. quibus de priuileg. & Gloss. verb. detrahendo. imo in Conc. La-

teran. à Leone X. confirmato, anathematizantur huiusmodi prædicatores. Ratio est manifesta, quia huiusmodi reprehensio est detractio grauis, & non prædicatio in loco sacerrimo, aperiendæ veritati deputato. Quod præceptum est etiam extendendum ad prædicatores saciles, quo ad culpam, non quo ad peccatum, vt notat Rod. *cit. loc.*

7 QVAEST. Quid igitur silentio sunt prætereunda Prædicatum, ecclesiasticarumque personarum vicia? RESP. Minime sed in communi debita reuerentia, & ita prudenter, vt magis videamur dolere, quam reprehendere. Ita Nau. *cap. 25. num. 142.*

8 QVAEST. Quod peccatum est falsa miracula prædicare scienter? RESP. Mortale, Ratio est, quia tale mendacium grauissimam irrogat iniuriam auctoritati talis officij, imo auctoritati fidei, quæ mendacijs nequaquam nititur. Ita Saa. *verb. præd. n. 4.* Et talis prædicator incurrit excommunicationem Papæ reservatam, teste Caiet. *2. q. 100. & in sum. verb. excommunicatio. cap. 18.*

9 QVAEST. Quid censes de prædicatoribus vaniloquis, aviculis dixerim, qui nil aliud intendunt, quam lingua loqui, & auribus titillare, multa noua, vana, & ficta compis calami stratisque verbis proferendo? RESP. Peccant grauiter. Ita multorum sententia docet Saa. *verb. præd. nu. 4.* cum sint valde inutilia Ratio, esse potest, quia verba prædicanti Christum esse debent sagittæ potentis acutæ ad penetrandum corda: carbones desolatorij ad delenda vitia: gladij ancipites in manibus ad præscindendas occasiones. Non ita tamen prædicatio debet esse ieiuna, & sine sale, vt lepore careat.

10 QVAEST. Quantum peccat, qui absque licentia Ordinarij prædicat? RESP. Mortaliter. Ita Saa. *verb. præd. n. 4.* ex sententia multorum, quorum loca non refert.

11 QVAEST. Suspensus ab officio prædicandi manetne irregularis? RESP. Affirmat Nau. *cap. 27. n. 1. 3.* Ratio est, quia munus prædicandi est annexum diaconatui: incurrit vero irregularitatem, qui exercet suspensus ab officio minus solemniter annexum alicui ordini; ergo, &c. Oppositum tamen est dicendum cum Rod. *in sum. 2. p. 1. 2. n. 3.* ex opposito fundamento.

Prælatorum regularium peccata, §. 2.

- 1 Quid possunt Prælati religiosi erga suos religiosos.
- 2 Præcipue de Guardianis.
- 3 De statutis annullantibus professionem certarum personarum.
- 4 An prælati Religionum possint absoluerè suos subditos ab hæresi.

1 **Q**UÆSTIO. Longum esset te sigillatim interrogare de prælatu regularium, ideo profer in medium, quid ipsi iuxta canones possint, quidve non possint, ut ita clarum maneat, in quo peccent, aut non peccent: **RES.** Tria sunt inter regulares superiorum genera. Generales, qui sub se habent totius ordinis regimen. Prouinciales, penes quos est totius prouinciæ gubernatio. Guardiani, quibus incumbit cuiusque domus, seu monasterij administratio. Scio varia esse nomina secundum hanc, vel illam religionem, idem tamen est munus in omnib. Dico *primum*. Omnes hi sunt vere prælati, & veri animarum parochi, habentque dignitatem Ecclesiasticam. *cap. Ad aures. de temp. ordin. c. Sicut literis de Simonia.* vbi Gloss. ver. *anathema* confirmauit Conc. Trident. *sess. 24. num. 5.* Dico *secundum*. Omnes illi possunt esse legati à Papa. Ostendunt *Soc. in 4. d. 22. quæst. 2. artic. 1.* Nauar *capit. 23. num. 5.* Dico *tertium*. Generales, & Prouinciales habent in suos iurisdictionem quasi episcopalem, & ideo quidquid episcopi possunt in suo episcopatu, possunt Generales, & Prouinciales in tota regione, & prouincia. Notat Panorm. *cap. At si clerici. §. de adulterio. num. 13.* Aduerterim tamen attendendas esse coarctationes, vel extensiones priuilegiorum circa hoc, quas viderint ipsi prælati. Dico *quartum*. Neutri possunt hæresis crimen in suis subditis punire, saltem in Regnis Hispaniarum, & Lusitanix. Ratio est, quia talis punitio per consuetudinem, imo per priuilegium Pij IV. ad solos fidei Censores spectat, per quod derogata sunt literæ Apostolicæ, quas hac de re habebant

bant religiosi, vt constat ex compendio priuilegiorum, *verb. haresis* Dico *quintum*. Nequeunt Generales, & Prouinciales eximere aliquem subditum ob obedientiam immediati domus superioris: neque item generales aliquem superiorem, seu Guardianum particularis domus ab obedientia Prouincialis. *capit. Fratres 16. quasi. refert Syluest. casus. quest. 3.* Dico *sextum*. Nequeunt superiores recipere in religionem expulsos ab ea propter delicta incorrigibilia. Ita decreuit Sixtus V. *in moru proprio*. Dico *septimum*. Cum habitationes subornantur in breuib. Apostolicis, præcipue circa bonum commune religionis, possunt huiusmodi prælati breuia declarare, & cogere subditos ad standum pro ea declaratione, donec sedes Apostolica consulatur. Ita Roderic. *in sum. 2. p. capit. 29. numer. 8.* Dico *octauum*. Cum subditi religionis D. Francisci abutuntur breuib. Apostolicis, possunt generales, & prouinciales illa suspendere, donec sedes Apostolicæ oraculum consulatur. Ita concessit Sixtus V. *in compendio. verb. priuilegia. §. 9. & 13.* Dico *nonum*. Possunt huiusmodi prælati in dubijs declarare priuilegia adiunctis iurisperitis, & persona in dignitate ecclesiastica constituta. Concessit Innoc. VIII. *in compendio*. Dico *Decimum*. Ex consensu capituli, vel maioris partis illius, possunt huiusmodi prælati decretis, an utile, inutileue sit religioni uti aliqua confessione, ut uæ uocis oraculo concessit. Ita concessit Leo X. *in compendio. verb. oraculum. §. 3.* Priuilegia uero omnino tollere pertinet ad solum capitulum. Dico *Undecimum*. Nequeunt prouinciales religionum mendicantium relinquere domos iam acceptas: si uero relinquunt, excommunicantur. *capit. unico. de relig. domib. notat Syluest. casus. quest. 8. & excommunicatio. 8. §. 8.* Possunt tamen id facere ex consensu generalis, concessit Sixtus IV. *in compendio. ver. edificatio. §. 8.* Dico *duodecimum*. Secundo iure communi non possunt hi prælati edificare noua monasteria, ubi nunquam antea extiterunt absque Sum. Pontificis licentia. Prohibetur *capit. unico. de relig. dom. libro. 6.* Insuper, neque absque licentia episcopi diocesis, ex nouo iure Concil. Tridentin. *sessio. uigesimaquinta de regularib. capit.*

capit. tertium in fine, abrogante quævis alia privilegia in oppositum. Dixi (spectato iure communi) quia ex privilegiis aliter dicendum habetur in compendio *verb. adificare*. §. 10. & 11. Dico *decimumtertium*. Obtinuit consuetudo, & interpretata est Concilium, & Canones, ut non solum nova erigere, sed neque vetera ab vno in alium locum mutare possint absque licentia Ordinarij. Ita Roderic. *in sum. 2. p. cap. 29. num. 11.* Dico *decimumquartum*. Non possunt hi prælati novas erigere prouincias, neque veteres diuidere, neque vnâ alteri subijcere absque licentia Papæ. Ita decreuit Nicolaus IV. habetur in compendio *ver. prouincia*. §. 1. Nam quemadmodum absque licentia Papæ neque nouus institui episcopatus, neque vetus diuidi, neque vnus alij subijci potest, ut cautum est *cap. Felix*. 16. *q. 2.* notat Sylu. *casus. qu. 9. & 10.* ita neque prouinciæ. Dico *decimumquintum*. Possunt hi prælati in capitulo dispensare cum illegitimis religiosis ad prælatiam habendam. Ita concessit denuo Greg. XIV. notat Roderic. *in sum. 2. p. capit. 29. num. 12.*

2 QVAEST. *Dic modo de guardianis?* RESP. Sunt in religionibus, ut parochi sæculares in suis parochijs; & ideo quemadmodum parochi habent iurisdictionem finitâ, & in multis subiectam Ordinario, sic guardiani subijciuntur prouincialibus, & generalibus: limitationes vero ipsi viderint, sunt enim pro religionum diuersitate diuersæ.

3 QVAEST. *Estne validum statutum à generali alicuius religionis factum, vel à tota etiam religione ingressum, vel professionem inuadans certarum personarum, verbi gratia, quia progeniti à talibus parentibus, vel nati in tali patria vel similibus?* RESP. Dico *primum*. Si adsint causæ, validum erit, & iustum tale statutum. Validum, quia ad validitatem professionis, vel ingressus in religione requiritur consensus, & approbatio ipsius superioris, & cōuentus libera, vti requiritur ex parte profitentis *c. 1. Correctū. de Regul. Geminian. c. Constitutionē. §. 1. de Regul. l. 6.* Iustum, quia non procedit ex odio personarum, sed ex zelo tranquillitatis suæ religionis, vtendo ad eam acquirendam, & conseruandam suo iure, & auctoritate, quia nemini debetur ex iustitia admissio, sed ex gratia, & liberalitate. Dico *secundū*.

Per hoc statutum non decernuntur tales personae inhabiles, & incapaces status regularis, si reuera a iure canonico non decernuntur tales. Ratio est, quia condempnatio, & canones inducentes erga certas personas inhabilitatem, & incapacitatem ad statum regularem, vel ad omnes, vel ad certam religionem: spectat ad solum Summum Pontificem, qui est superior omnium religionum & personarum admittendarum in eas. Dico *tertium*. Per hoc statutum particularis superioris, & religionis nihil aliud facit quam denegari consensum, placitum, & approbationem superioris, & religionis, sine quo, tam professio, quam ingressio est inualida. Ita docte adnotauit Beia Lusitanus p. 4. casu. 34.

4. *QVAEST.* Possuntne religiosi prelati absolueri suos subditos ab haeresi per accidens occulta? *RESP.* Attendenda sunt cuiusque ordinis privilegia. Spectato tamen iure communi, non possunt. Ratio est, quia licet erga proprios subditos possint, quod possunt episcopi in potestate iurisdictionis, & episcopi possint absolueri suos subditos stando in iure communi ab haeresi per accidens occulta, possunt non ut episcopi, sed ut inquisitores facti a iure communi, & modo a Concil. Tridentino,

Prelatorum monialium peccata. §. 3.

1. *Qua aetas requiritur in Abbatissa, & Priorissa.*
2. *An deficiente quadragenaria in monasterio, eligenda sit ex alio monasterio.*
3. *Quid faciendum, si ex electione alterius monasterii oriatur rixae.*
4. *Quod est peccatum mentiri circa aetatem.*
5. *Quae forma requiritur ad electionem.*
6. *An requiratur confirmatio Praelati ad validitatem electionis.*
7. *Quid si confirmaturus longe abest.*
8. *An possit eligi bigama in prelatam.*
9. *Quae foemina censenda est bigama ad electionem.*
10. *An possit illegitima eligi in prelatam.*

11 An possit eligi filia subdiaconi, diaconi, & presbyteri in pralatam.

12 An possit eligi filia histrionis.

13 Quomodo ferenda sunt suffragia.

1 QVAESTIO. Qua aetas requiritur, ut monialis eligatur ad abbatissam, praefectam, praepositam? RES P. Quadraginta annorum spacium, insuper quod sint octo anni transacti a professione laudabilis vitae. Ita decrevit Conc. Trid. sessi. 25. ca. 7. de Regul.

2 QVAEST. Non est in monasterio quadragenaria, qua igitur eligenda? RES P. Quadragenaria alterius monasterij eiusdem regulæ.

3 QVAEST. Si de foris veniat, dabitur occasio simulatibus, & odijs, qua eligenda? RES P. Tunc vna triginta annorum, & post quinque annos professionis. Ita Roder. in sum. 1. p. ca. 105. nu. 4.

4 QVAEST. Quod est peccatum mentiri circa aetatem ad obtinendam pralationem? RES P. Mortale, quia deceptio in re grauissima.

5 QVAEST. Qua forma seruanda in abbatissa, vel priorissa electione? RES P. Vt suffragia, & vota eligentium, secreto suscipiantur. Ita decrevit Conc. Trid. sessi. 25. de Regu. cap.

6. Et aliter acta electio est per ipsum Concilium irrita. Redditur insuper monialis electa, si electioni cōsentiat, ad religionis officia habenda deinceps inhabilis.

6 QVAEST. Præter electionem legitimam, requiritur ne insuper confirmatio ipsius electionis per Pralatum, ita ut peccet talis electa suum munus exequendo, & irrita sint omnia ante confirmationem facta? RES P. Maxime. Ita decernitur cap. Qualiter. ca. Nostri c. Bona memoria. de elect. ca. tam dudum. de prebend. & ibi Doctores omnes.

7 QVAEST. Absit longissime confirmans, licebitne tunc sola electione vri, & munus exequi? RES P. Licebit, & gesta robur habebunt. Textus cum Gloss. ca. Nihil. s. fin. de electione Probat Maiolus li. 1. ca. 29. nu. 24.

8 QVAEST. Potestne eligi in abbatissam, vel priorissam bigama? RES P. Minime. Textus expressus in Auth. de sanct. episcopis. s. diaconissam, & in Auth. Diaconissam, Cod. de episc. & cleric. & ca. Nemo. 88. dist.

9 QVÆST. Dicendane est bigama in ordine ad pralatam, qua post castitatis votum stuprum commisit. R E S P. Dicenda. Textus expressus. *ca. Quotquot. 27. q. 1. aitq; ibi Gloss.* episcopum cum tali non dispensare. Potest vero cum alia, ut claret ex superioribus capitulis.

10 QVÆST. Potestne eligi illegitima? R E S P. Minime. Textus expressus. *ca. In quibusdam. de poenis. vbi Gloss. Ab. Insuper Gloss. cap. Indemnitas. §. 1. ver. canonica. de elec. li. 6. ibi Gemin. quos refert, & sequitur Maiolus li. 1. ca. 29. nu. 10. & Sum. confessor lib. 3. tit. 24. qu. 1.*

11 QVÆST. Potestne eligi in pralatam filia in sacris constituta? R E S P. Minime. Quia itidem infamis est in iure. Ita Maiolus li. 1. ca. 29. nu. 12. cum alijs.

12 QVÆST. Requiritur ne ad legitimam electionem, ut suffragia ferantur scripto secreto? R E S P. Ex vi verborum Concilij, minime: Verba enim Conc. sunt. *Eas audiatis, & recipiat, hoc est, moniales suffragantes.* Ita Roder. in sum. li. ca. 105. nu. 4.

Parentum peccata erga filios. §. 4.

- 1 De patre minuente legitimam filiorum.
- 2 Quantum obligati sunt patres erga salutem spiritualem filiorum.
- 3 Quo supplicio licet parentibus afficere filios.
- 4 De parentibus filios exponentibus.
- 5 An peccent parentes cogendo filios ad religionem, vel matrimonium.
- 6 Qui censentur in iure filij spurij.
- 7 An sit spurius filius, natus ex vxorato, & soluta per occasionem compressa.
- 8 An filius natus ex vxorato, & soluta per occasionem compressa, possit institui parentum hares.
- 9 An parentes possint legare filijs spurijs.
- 10 An parentes laici possint dare filios spurios.
- 11 An clerici possint dare filios spurios.

12 An parentes teneantur alere filios spurios.

13 De educatione filiorum spuriorum.

14 De hereditate relicta sub pacto alicui extraneo, vt tradatur filio spurio.

15 De hereditate relicta sub mera confidentia extraneo, vt tradatur filio spurio.

1 **Q**VAESTIO Quod peccatum committit pater minuenda notabiliter legitimam filiorum per liberales donationes?

RESP. Mortale. Ita Iason in L. hoc iure. ff. de Iust. & Jur. Rod. in sum. 1 p. capit. 13. nu. 2. Dixi per liberales donationes, quia per remuneratorias non ita dicendum: has enim, & potest pater facere, & debet, nam in eis filiorum consulti vtilitati.

2 **Q**VAEST. Tenenturne patres sub mortali auxiliari spiritali filiorum saluti providendo illis necessaria ad talem vitam? **R**ESP. Tenentur; & ideo peccant non edocendo illos doctrinam Christianam, quae necessaria est ad salutem. Item non eos remouendo ab occasionibus peccati: ideo peccant conuiuendo in eorum vitijs, veluti in amatorijs illecebris filiarum, amoribus impuris filiorum, cum possunt eos, licet per cibi, vestitusque subtractionem à tali culpa deducere. Denique idem peccatum committunt patres, atque filij, cum illos, si possunt non corrigunt Hinc colligit D. Thom. 2. 2. qua. 154. art. 4. & Caiet. ibid. peccare mortaliter parentes, cum sinunt filias spon- sas vacare tactibus impudicis cum spon- sis, quia hi tactus sunt peccata mortalia.

3 **Q**VAEST. Licetne parentibus filios ad correctionem verberare, domi retinere, illaqueare, vel quid simile eis facere? **R**ESP. Licet Sylu. percussio & verberatio. ibid. Caiet. præ- terea D. Thom. 2. 2. qua. 65. ar. 2. Scot. 5. Iust. qu. 2. artic. 2. Quod quidem asserendum est de verberatione, percussione, & retentione moderata absque damno notabili, zelo solius emendae in posterum, vel supplicij in præteritum, quatenus inseruit correctioni in futurum: supplicia enim simpliciter, quae poena peccati sunt, quatenus grauia, non ad oeconomicam, sed ad publicam gubernationem spectant.

4 **Q**VAEST.

4 QVÆST. *Quantum peccant, qui exponunt filios ad necessitate?* R E S P. Mortaliter. Ratio est, quia ipsum Naturæ ius obligat parentes ad filiorum procreationem.

5 QVÆST. *Cogere filios ad matrimonium, vel ad statum religiosum, quod est peccatum?* R E S P. Si non adsit causa gravis, grave est lethale. De matrimonio constat ex rōnibus canonicis asserentibus debere esse maxime liberum, Ita cap. De neptis, ca. Si verum. 31. quasi 2. & ex Concil. Trident. sessi. 24. capit. 9. de reform. matrim. Vbi sancta synodus omnibus cuiusque gradus, dignitatis, & conditionis extant, præcipit sub anathematis pœna ipso facto, ne quovis modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quo minus libere matrimonia cogant. Quæ excommunicatio licet in patres non cadat, ut explicavit Congregatio Cardinalium, & declaravit Greg. XIII. præceptum ad eos est extendendum. De ingressu vero religionis coacto, prohibet idem Concilium, sessi. 5. cap. 17. & 18. de regular.

6 QVÆST. *Quoniam te interrogaturus sum de peccata patrum erga filios spurios, dic prius, qui censentur in iure filij spurij?* R E S P. Spuriorum nomine intelliguntur omnes, & soli ex damnato concubitu orti. Dicitur vero damnatus concubitus inter vtrumque vxoratum, & ex eo concubitu orti filij appellantur nothi. Inter vxoratum, & solutum, filius ortus appellatur ex adulterio. Inter vxoratum, & virginem, appellatur vero filius ex stupro, & adulterio. Aliter tamen opinatur Cou in Epitom. capit. 8. arbitratur enim filium dici spurium, qui nascitur ex parentibus ad contrahendum inhabilibus tempore conceptionis & natiuitatis.

7 QVÆST. *Non dicitur igitur filius spurius in iure vxorato & soluta, cum soluta non erat vxorato concubitus consuetudine?* R E S P. verum quidem est. Ita Beia. 2. in casu. 12. (Quamquam repugnet Couar. quia talis filius conceptus, & natus est ex parentibus ad contrahendum inhabilibus, ut proxime ostendi) Ratio est quia damnatus concubitus per leges, est, qui punitur ab ipsis legibus, non punitur vero vxorati cum soluta, imo publice dicitur impunitus. L. Quæ adulterium. Cod. de adult. L. si vxor de adulteris. Barthol. L. Verum. de furtis. & ideo in iure etiam talis

talibus concubitus non appellatur adulterium *L. 1. Cod. de adulter.* Neque vxor contra maritum habet actionem *cap. Apud 22 qua. 1. §. publico.* Hæc secundum ius commune: secundum vero ius particulare idem dicendum: etenim secundum ius Lusitanum *lib. 3. Ord. titul. 28. §. 1.* Solum puniuntur concubitus vxorati, & concubinæ, nostrates appellant *Barregaam*: concubina vero est sola illa, qua per consuetudinem quis vititur, non vero illa, qua quis vititur casu, & fortuna, vt ita dicam.

8 QVÆST. Possuntne parentes instituire hæredes filios natos ex vxorato, & soluta, non concubina? RES P. Possunt, imo ipsis parentibus succedunt in hæreditatem. Tradit Barthol. *L. 3. de concubinis. in initio.* Tiraquel. *L. si vnquam. Cod. de reuocat. donation. verb. suscepit liberos. numer. 51.* Paleotus *lib. de nothi. capit. 24.* Ratio eorum est, quia non repelluntur in iure a successione parentum tam paternæ, quam maternæ, nisi spurij orti ex damnato concubitu: spurij vero orti ex vxorato, & soluta non concubina, non dicuntur ex damnato concubitu: vt patet ex proxima responsione. Ergo non solum institui possunt hæredes, sed succedunt vtrique lineæ, seu paternæ, seu maternæ hæreditario iure.

9 QVÆST. Estne parentibus cautum à iure, & prohibitum legare filiis spurij? RES P. Maxime. Ita cautum est in *Authen. Quibus modis natural. effie. L. vnica. §. finali. Authen. Licet. Cod. de natural. liber. L. Cum acutissimi ff. de fideicommissis.* Circa clericos specialiter sanxit Pius V *Extranag. Qui ordini Ecclesiasti. noxia esse.* Ideo tale legatum testamento relictum, est nullum, quippe quod contra leges, & canones.

10 QVÆST. Possuntne parentes laici ditare filios spurios, dum viuunt, siquidem eos instituire hæredes nequeunt? RES P. Qui carent legitimis filiis, possunt absque peccato filios spurios ditare proprijs bonis, dum viuunt, atque illis sub eorum nomine emere redditus annuos, & filij possunt talia bona pura conscientia retinere. Ita Sor 4 *Inst. qua. 5. art. 1. ad 4. Beza 2. p. cas. 12.* Ratio est, quia leges omnes late circa filios spurios laicorum solum prohibent successione eorum parentibus iure hæreditario, aut testamento post parentum mortem, atque ita vsu sunt receptæ absque vlllo scrupulo.

II QVÆST.

11 QVÆST. Possintne ijdem clerici circa filios spurios
 RES P. Minime. Ita cauetur bulla Pij V. *Que ordinis ecclē-
 siastico noxia esse.* Vbi apertis verbis id præcipit Sum. Pon-
 tific; & ideo non solum prohibet, ne heredes instituan-
 tur, verum etiam reddit eos inhabiles, & incapaces ad
 obtinenda, quocunque titulo, etiam gratuito, bona
 quæcunque paterna. Quod fecit ad obviandum dam-
 nis Ecclesiæ, cuius substantia in periculo est prope-
 ditionem filiorum clerici, vt ait Pelagius Papacapi De
*Siracusana urbis. dist. 28. Gloss. in cap. Pervenit. & Concil.
 Trid. sessi. 25. ca. 1. de reform.*

12 QVÆST. Tenenturne parentes filijs spurijs alimenta
 suppeditare? RES P. Tenentur iure naturali, nam qui debet
 esse, tenetur illud conseruare, esse vero, quod dedit filius
 pater, conseruatur per alimentum: Præterea, vt naturalis
 est appetitus generandi, & relinquendi sibi simile, ita
 naturale est conseruare hoc sibi simile: hoc vero simile
 conseruatur per alimenta; ergo, &c. Tenetur insuper ex
 iure diuino Eccles. 30. *Lacta filium, & parentem te spectat.*
 Tenentur iure positivo Canonico. *cap. Cum habent de eo,
 qui duxit in matrim.* Tenetur iure ciuili, quia in hoc casu
 statuitur iure canonico, teste Panorm. in *Auth. Ex complexu.
 Cod. de incestis nup.*

13 QVÆST. Tenentur equaliter pater, & mater alere
 filios spurios? RES P. Tenentur. Ita Beia. *cap. 14.* Ratio est,
 quia hæc alimenta debentur iure naturæ: ius vero na-
 turæ equaliter conuenit utrique in defectu alterius. Quo
 iure etiam tenentur clerici, & religiosi, cogenturq; ad ea
 reddenda in utroq; foro. Ita Panorm. cum communi capto
*Cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. Barth. in Auth. ex com-
 plexu Cod. de nupt. Decius citans multos alios. ca. Curios.
 de iudic. nu. 2. Lupus in relect. capit. Per vestras. de donat. ex-
 zer vir. & uxor. §. 23. m. 12. Nau. in com. de spol. cleric. §. 14.*
 Ratio est, quia educatio liberorum est debita iure natu-
 rali. *ca. Ius naturale 1. dist. 6. L. 1. §. ius naturale. ff. de iust. &
 iure.* Leges vero humanæ non possunt derogare iure na-
 turali, vt claret, & notatur *ca. Sunt quidam 29. qu. 1. l. 1. de
 quod nostrum. ff. de reg. iur. ca. Inferior. 12. dist. c. Ex insinuatione
 de appellat.* Ideo *Auth. Ex complexu. Cod. de incestis nupt.* nulli
 gentium est in usu, quatenus negat alimenta spurijs. Neq;
 Coni-

Cælestinus Papa III. in cap. Per venerab. Qui filij sint legit. Loquitur assertive, sed recitative, cum inquit, iure civili negari nequeant spurij alimenta, ut notat Paleot. tract. de noth. ca. 46. & Vega 2 p. casu. Ideo oppositum asserere, est iuri naturali repugnare. Hinc manifesto colligitur posse clericos, imo debere filias suas spurias dotare. Nam dos succedit loco alimentorum, ut notant Doctores in L. uxorem. §. Pater naturalis. ff. de leg. 3. Ergo si tenetur ad alimenta, tenetur ad dotem, ut coniugata honeste viuat. Alimētorum autem nomine veniunt, non solum, quæ præcise requiruntur ad alendam vitam vtrunque, sed cum decentia status. Ita latè probat Beia 2. p. cas. 12. arg. L. Vxorē. §. pater naturalis. de legib.

14 QVÆST. Peccatne lethaliter pater, qui extraneum relinquit heredem pacto inito sub confidentia, ut spurio filio ea bona relicta tradat? RESP. Peccat. Quia tali testamento fraudem fecit iustæ legi, & eam transgreditur in re graui. L. Non intelligitur. de iure fisco. Barth. L. fin. de his, quibus. Neque quod pater facere iuste per se nequit, potest facere per alium. L. 1. §. Siue itaque. Cod. de natur. li. Deinde, quia testamentum fraudulentum equiualeat iniusto, nam fraus semper est alicui iniusta, & iniuriosa: iniustitia vero in re graui est mortale: Bald. L. 1. de nat. liber. Barth. conf. 194. Decius conf. 311.

15 QVÆST. Peccatne talis pater, cum nullo expresso pacto, sed mera animi confidentia heredem instituit extraneum? RESP. Minime. Ita Bal. L. Si y. de iud. Ratio est, quia illa mera confidentia est sola spes gratitudinis: gratitudinem vero sperare de homine nobili, & honesto viro, laudabile est, & naturale. L. Ita fidei. §. fin. de iure fisci.

Parochorum peccata: § 5.

- 1 De laico accipiente beneficium curatum.
- 2 Quoties tenetur parochus celebrare pro parochianis.
- 3 Quoties tenetur parochus audire confessiones parochianorum.
- 4 De obligatione parochi tempore pestis.
- 5 De administratione confessionis, Eucharistie, & baptismi tempore pestis.

6 AN

- 6 An tempore pestis sarius sit parochio succurrere omnibus per alium coadiutorem.
- 7 De obligatione parochi circa edocendam doctrinam Christianam.
- 8 An publicus peccator possit retinere beneficium.
- 9 De residentia parochorum.
- 10 Quæ causa excusat à non residendo.
- 11 De electione patrinorum contra parentum voluntatem.

1 QVÆSTIO. Qui laicus adhuc suscipit beneficium curatum ad quid tenetur? RESP. Peccat mortaliter, si non habet animum suscipiendi presbyteratus ordinem, & curam agendi susceptarum omnium. Tenetur insuper ad restitutionem perceptorum fructuum toto tempore, quo non mutavit animum. Dico secundo. Si beneficium suscipit animo clericandi, sed mutat animus, & statuit nubere, peccat retinendo beneficium, & tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum à die mutati animi. Ita Nau. ca. 25. nu. 124. Sor. 10. iust. qua. 1. art. 6. Gab. in 3. d. 15. qu. 8. Tol. li. 5. ca. 5. ex ca. Commissa de elat.

2 QVÆST. Quoties tenetur celebrare pro parochiano? RESP. Ad singulos dies illum obligat Sor. 9. iust. qua. 1. art. 4. Si redditus sunt pingues. Toletus vero li. 5. cap. 1. saltem ad dominicos, & festos dies, & ad nonnullos alios intra hebdomadam. Standum tamen consuetudini regionum tolerata, & obseruanda absque scrupulo. Hæc autem apud nostrates solum ad dominicos, & festos dies obligat, etiam si fructus pinguisissimi sint.

3 QVÆST. Quoties tenentur parochianorum confessiones audire? RESP. Dico primum. Quoties ipsi parochiani confiteri tenentur ex præcepto. Ita omnes. Richar. in 4. d. 18. artic. 2. qua. 3. Maior in 3. d. 17. qua. 1. ultim. Sylu. confess. tit. §. 18. Armi. absolutio. num. 27. Dico secundum. Non solum cum parochiani ex præcepto obligantur, tenentur parochi illos confitentes audire: sed etiam alijs temporibus, cum subditi opportuno tempore, & iusta de causa velint confiteri, nullaq; subfit ratio negandi. Et ideo si necessitas paro-

parochianorum grauis fit, peccabit parochus negando: erit autem grauis, cum oporteat ad superandas graues tē- tationes, vel ad lucrandas magnas indulgentias, & simi- les: alioqui non peccat plusquam venialiter, vel non pec- cabit, si subditus nimius sit. Ita Adrian. *qu. 5. de conf. dub. 8.* Sot. *d. 18. qu. 4. ar. 2.* Nau. *ca. Consideret. de pœn. d. 6. nu. 158.* Suar. *de pœn. disp. 32. nu. 3.* qui grauiter reprehendunt supe- riores autores, quos in proxima conclusione citauimus, oppositum asserentes. Ratio eorum est, quia parochi te- nentur subuenire non solum extremæ necessitati ouium; sed magnæ earum vtilitati prouidere. Ita Card. Tol. *libr. 1. ca. 5. nu. 7.*

4 QVÆST. Tenentur ne parochi cum periculo propria vi- ta, ministrare sacramenta necessitatis suis ouibus cum non ad- est alius, qui ministret? RESP. Cum datur periculum dam- nationis æternæ subditi, & non est, qui tali periculo sub- ueniat, nisi parochus, tenetur ipse cum vitæ corporalis periculo (si non adfit periculum propriæ salutis æter- næ) subditis ministrare sacramenta. Imo, & quiuis alius sacerdos in eodem periculo. Hæc est certissima ex prin- cipijs charitatis, qua obligamur anteferre bona proximi spiritualia nostris corporalibus, vt iam respondi ad pri- mum decalogi præceptum. Concors est Theologorum sententia in 2. 2. *qu. 26. ar. 5. Alens. 3. p. qu. 189. mem. 3.*

5 QVÆST. Suppono non esse sacramenta absoluta neces- sitatis confessionem, Eucharistiam, imo baptismum: nam adhuc superest remedium contritionis qua adultus habens vo- tum recipiendi illa tria sacramenta, saluabitur, si ea non possit recipere ipsa. Quæro igitur, vtrum ratione officij te- neantur parochi ministrare hæc tria sacramenta subantis peste infectis cum probabili periculo infectionis, & ex consequenti subeundæ mortis? RESP. Negat Auctor Speculi episcop. *libr. 1. disputat. 1. quæstion. 1. capit. 5.* Armil. *verb. episcopus numer. 6.* Tabien. *ibid. numer. 1.* Insinuat Maiolus *libr. 2. de irregul. capit. 2.* Abulens. *quæst. 306. in cap. 22. Matth. resp. 3.* qui omnes solum obligant parochum tempore extre- mæ necessitatis. Ratio eorum est. Non maiori obliga- tione tenetur parochus succurrere necessitati ouium, quam ipsæ oues teneantur propriæ necessitati subueni- re: sed oues non tenentur cum probabili vitæ periculo

Medull. Casuum.

P p p

lacia-

Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ suscipere, sed solum nisi ad habendam contritionem; ergo, &c. De sacramento pœnitentiæ affirmat Maior. *in 34. distict. 17. quest. ultim.* Ratio eius est, quia hoc sacramentum in eo euentu est medium necessarium ad salutem, teneturque subditus illud sumere; ergo, & parochus illud ministrare, cum ex negatione oritur mortale periculum salutis, vt latè probat idem Doctor. De sacramento pœnitentiæ, & Eucharistiæ affirmat itidem Nauar. *in sum. cap. 24. numer. 10. & capit. 25. numer. 133.* Ratio eius est, quia ad vtrumque obligatur subditus ex præcepto. Nam tenetur ex præcepto charitatis ad confessionem, ne se exponat periculo salutis æternæ. Ad Eucharistiam vero per modum viatici ex præcepto diuino, ergo, & parochus illa tenetur ministrare. De sacramento pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ unctionis affirmant Gabr. *in ser. Domi. 4. post Pentecost. qu. de fuga pestis. concl. 4. Cordub. & 2. Echius hom. ult. Dom. 2. post Pascha.* Claudius Spensens *in 1. ad Timoth. lib. 3. cap. 19.* Ratio eorum est, quia hæc tria sacramenta sunt maxime necessaria subditis, ergo ad illa ministranda obligatur parochus. Dico primum. Maior obligatio est in nostro euentu in parochis, quam in alijs sacerdotibus. Ratio est manifesta, quia ratione fructuum tenetur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia: vt miles tenetur ex iustitia ratione stipendij pugnare pro patria, & subditi possunt ab eis ex iustitia petere talem sacramentorum administrationem. Dico secundo. Tenentur in eo euentu non fugere. Ita citati Doctores, & qui tractant de residentia, Rebuff. *in pract. benef. cap. de dispensat. non residentium.* Imola. *cap. ultim. de clericis non resident.* D. Thom. 2. 2. quest. 185. artic. 5. & quodlib. 11. quest. 18. artic. 3. D. August. *epistol. 180. & serm. 6. de ver. Domini. & sermon. 50. eodem titu. & sermon. 14. de tempore.* Tolet. *lib. 4. capit. 10. numer. 6.* Ratio est, quia in eo euentu tenetur parochus ministrare sacramenta. Item relidete: nam ita nos docuit Christus Dominus Ioann. 10. *bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Saa. *verb. paroch. numer. 1.* Obijcies. Iuxta consilium Christi Domini, *Matt. 10. licet relinquere gregem ad euitandam mortem imminentem ob persecutionem tyranni. Si vos persecuti fuerint in*

vine in vna ciuitate, fugite in aliam: ergo licet eundem gregem deserere ad euitandam mortem imminentem ob pestem, &c. RES P. negando antecedens, si grex maneat in periculo amittendi fidem. Ita D. August. lib. 1. contra epistol. Gaudentij. Caiet. . . . quest. 185. artic. 5. Et ideo eadem est in vtroque periculo ratio. Decreuit apertis verbis Nicolaus Papa capit. Sciscitaris. 7. question. 1. Vbi habetur celebris illa sententia. Si perniciosum est nauitatem in tranquillitate nauium deserere, quanto magis in fluctibus?

6 QVAEST. Satisne erit per se, vel per alium huic necessitati subuenire? RES P. Est satis per alium idoneum. Ita Suar. tom. de poen. disp. 44. sect. 3. n. 10. & 11.

7 QVAEST. Quantum peccat, cum nimium est negligens in edocenda doctrina Christiana, & edocendis ijs, quae sunt necessaria ad salutem? RES P. Mortaliter. Ita Saas. ver. parochus. num. 5. ideo peccant non explicando symbolum Apostolicum: mysteria enim Trinitatis, & Incarnationis tantopere ad salutem necessaria, & decalogum, & orationem Pater noster. Ita Beia: 2. p. casu 26. habeturque in Conc. Trid. sessi. 23. ca. 1.

8 QVAEST. Peccatne mortaliter, qui cum sit publicus peccator, neque de emenda curat, beneficium retinet? RES P. Peccat, tum suscipiendo, tum retinendo beneficium. Ita Tol. lib. 5. c. 7. 6.

9 QVAEST. Peccatne parochi non residendo? RES P. Siue residentia sit de iure diuino, siue humano, peccat mortaliter parochus non residendo absque iusta causa.

10 QVAEST. Qua causa excusabit parochum à non residendo? RES P. Ad absentiam breuem duorum, triumve mensium, iuxta Conc. Trid. sessi. 23. quaeuis sufficit rationalis causa, arbitrio Ordinarij talis iudicata, si per alium ouibus aequè prouisum sit. Tale erit negotium quoduis graue, necessitas adeundi magnam: aegritudo alibi curanda. Ad absentiam vero longam, vnius, duorum, vel plurium annorum oportet, vt ad illam virgeat charitas christiana, hoc est, proximorum utilitas: aut necessitas propriae Salutis, vt periculum vitae. Quod intelligo, nisi inde subsequatur ouibus spirituale detrimentum: tunc enim bonus pastor debet animam suam ponere pro ouibus suis. Ita Card. Tol. lib. 5. ca. 4.

II QVAEST. Circa officium parochi dubium occurrit, an peccet eligendo patrinos praeter, aut contra voluntatem patrum infantis? RESP. Apponam prius verba Concl. Trident. sessi. 24. de ref. cap. 2. circa ordinem patrinorum ita statuentis. Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciensur, quem vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, et eum, vel eos tantum admittat. Quod si alij, ultra designatum baptizatum tetigerint, cognationem spirituales nullo pacto strahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus. Si parochi culpa vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Dico igitur primum. Amoto contemptu, si parochus non seruet hanc constitutionem, minime peccat lethaliter. Probatum efficaciter, quia obligatio legis pendet ex intentione legislatoris: haec vero intentio exprimitur verbis, teste D. Th. 2. 2. qu. 186. art. 9. Pan. cum comuni in ca. Nam de constit. Syl. ver. lex. qu. 8. ep. 17. Hic vero canon non perfertur verbis praecipuis, sed ordinatiuis: & ideo est ordinatio, non praecipuis, sed est dubium, an obliget ad mortale, in dubio vero culpa, pro veniali iudicandum est. text. L. Interpretatione. L. Si praeses. ff. de poenis. ca. In poenis. de reg. iuris. li. 9. Deinde quia hic canon est poenalis, imponens poenam arbitrariam iudicio Ordinarij: canon vero imponens poenam arbitriariam, aut graui minorem, non obligat ad culpam grauem, ut ait Syl. Inobediencia. Gandau. quodl. 3. qu. 22. Angel. verb. Lex. ver. ieiunium. hic vero canon non imponit poenam grauem excom. maioris, vel aliam, sed arbitrariam, nec praecipit sub virtute obedientiae.

Pensionarij peccata. §. 6.

- 1 Quis potest concedere pensionem.
- 2 An Papa possit sine causa concedere pensionem.
- 3 Quae erit causa iusta ad pensionem.
- 4 An sit simonia vendere pensionem.
- 5 De simonia in permutatione beneficiorum.
- 6 Quando peccant pensionarij.

I QVAEST.

1 **Q**VÆSTIO. *Quis potest concedere pensionem?* **R**ESP. Solus Papa. Non habetur in iure, sed ex consuetudine. Ita Tol. lib. 5. ca. 83.

2 **Q**VÆST. *Requiriturne causa iusta, ut Papa licite concedat pensionem?* **R**equiritur, sic Tolet. li. 5. ca. 83. nu. 2. Ratio est, quia concessio pensionis est quædam dispensatio; dispensatio autem sine causa non habet locum in foro interiori, & coram Deo: quia Papa non est dominus bonorum, & reddituum Ecclesiæ, sed tantum dispensator vniuersalis. Vnde sicut cum dispensat in voto sine causa, non facit hominem securum in conscientia, ita in pensionum, & beneficiorum distributione.

3 **Q**VÆST. *Quæ erit causa iusta ad concedendam pensionem?* **R**ESP. Omnis illa, quæ cedit in vtilitatem Ecclesiæ. Ideo concedi potest pro dirimenda lite exorta inter duos circa idem beneficium, ne tempore litis Ecclesia careat legitimo pastore. Ita habetur capit. *Nisi essent. de prabend.* Deinde concedi potest alicui pro seruitio Ecclesiæ facto, vel faciundo siue corporali, siue spiritali. Præterea concedi potest clericis pauperibus: quia illorum cõgrua sustentatio seruit ad decus, & honestatem Ecclesiæ. Quarto, concedi potest laicis egenis: quia pietas Ecclesiam ornat. Quinto concedi potest in permutatione pinguioris beneficii cum beneficio minus pingui, vt permutati integri maneat fructus ad decentiam sui status.

4 **Q**VÆST. *Estne simoniacum vendere pensionem?* **R**ESP. Tripliciter concedi potest pensio, hoc est ius ad exigendos fructus ex alieno beneficio. Primo propter seruitium pure temporale, facto in vtilitatem Ecclesiæ. Sic dantur pensiones militibus, & regibus defendentibus Ecclesiam. Et hæc pensio vendi potest absque simonia. Ita Caiet. opusc. 13. quæst. 10. Vnde relect. de simon. Sot. 9. Iust. quæst. 7. artic. 2. Deinde concedi potest ob aliquod seruitium annexum spiritali. Tertio ex causa dirimendi litem, &c. Et his duabus pensionibus annexum est officium B. Virginis ex Pio V. Extrau. ex primo Lateranensi Concilio. Et ideo has duas pensiones vendere simoniacum est. Ita Card. Tol. li. 5. ca. 82.

5 **Q**VÆST. *Estne simoniacum exigere pensionem à beneficio permutato, quia licet fructus eius sint fructibus alterius*

permutati beneficij aequales, aut minores, dignitas est maior, & titulus exaeantior? R E S P. Simoniacum quidem. Ita Card. Tolet. lib 5 ca. 83. nu. 5.

§ Q V A S T. Quando igitur peccant pensionarij? R E S P. Cum sine causa pensionem a Sum. Pōtifice obtinuerint. Neque excusantur, quia Papa concessit, & ipse est considerare, quomodo concesserit. Si enim quis accipiat pecunias ab aconomo, quem scit male illas dispensare, & contra iustitiam, tenetur illas restituere. Deinde cum pensionem exigunt, non ex fructibus, qui non sunt, sed propter honorem maioris tituli, & dignitatis in alium transmissa.

AD LIT. R.

CAPVT XVI.

Regum peccata. §. 1.

- 1 De prodigijs largitionibus Regum.
- 2 De coaceruandis pecunijs Regum.
- 3 De incuria Regum in non coaceruandis diuitijs.
- 4 De incuria Regum in exterminandis grassatoribus.
- 5 Quando peccat Rex in condendis legibus pœnalibus.
- 6 An Rex possit bona populi sibi acquirere.
- 7 Quando peccat Rex imponendo noua tributa.
- 8 An possit obligare subditos ad nouos labores.
- 9 An peccet Rex cogendo subditos ad matrimonium.
- 10 An peccet Rex damnando reum inauditum, & indefensum.
- 11 Vnde possit soluere debita propria.

Q V A S T I O. Quando peccabit mortaliter Rex profusus prodigi-

prodigeque largiendo? R E S P. Quando propter prodigas largitiones exponitur probabili periculo vsurpandi aliena, vel exigendi maiora tributa, quam par est, vel non soluendi debita, nisi sub onere cambiorum, quo se, suumq; regnum in maximam pauperratem inducat. Ita Nauar. in sum. ca. 25. nu. 3. cum D. Thoma, deducitq; ex Aristot. epist. ad Alexan. & L. partit. Castellæ. tit. 14. par. 2.

2 QVÆST. Quando peccat Rex mortaliter in coarctandis pecunijs? R E S P. Quando nullo iusto proposito fine eas congerit grauari causa notabiliter subditos ob auariciam. Ita D. Antonin. 2. par. titul. 1. capit. 2. Ratio est iuxta Nauar. in sum. cap. 23. nume. 37. quia it contra præceptum de dando superflua pauperibus. Veruntamen alia possunt interuenire causæ, scilicet immodicum grauamen subditorum, vlla absque necessitate.

3 QVÆST. Quando peccat mortaliter nullas diuitias coarctando? R E S P. Quando propter eam incuriam se, suumque regnum exponit periculo pereundi fame, vel intereundi bello, alijsque malis, quæ ex defectu pecuniæ suboriri solent, vt petere sub vsuris, aut cum grauamine subditorum immodica tributa exigere. Ita D. Thom. lib. de regim. princip. cap. 5.

4 QVÆST. Negligit Rex per incuriam tutam viarum custodiam à latronibus, vel refectionem itinerum, propter quæ incuriam, & negligentiam viatores patiuntur damna notabilia, quod peccatum committit? R E S P. Mortale. Ita Diu. Thom. lib. 2. de reg. Princ. cap. 12. Ratio est, quia ob id alitur à subditis, vt tuti seruentur a Rege.

5 QVÆST. Quando peccat Rex in condendis legibus penalis? R E S P. Quando eas peculiariter condit propter solam vtilitatem, vt nimirum earum transgressores puniendo, multas diuitias acquirat. Ita communiter Doctores in capit. 1. de constitut. Et habetur cap. Erit autem Lex. dist. 4.

6 QVÆST. Potestne Rex bona populi vsurpare sibi? R E S P. Minime. Imo peccat mortaliter sic faciendo, & tenetur ad restitutionem. Ita Nauar. in sum. ca. 25. n. 5. argument. c. Reges. & cap. Principes. 23. quæst. 5. & L. 1. Cod. Si quacunque præd. pot. & cap. Si res. 14. qu. 1.

7 QVÆST. Quando peccat Rex imponendo noua tributa?

PPP 4

R E S P.

R E S P. Quando ea imponit absque necessitate publica, quantumuis in bonum finem ea exigat, teneturque ad eorum restitutionem. *capit. Militare ad finem 23. quæst. 1.* Ideo peccat grauiter, & tenetur ad restitutionem, cum ea petit ad superfluum vsum, vestitum, pompam, conuiuia, prodigalitates. Ita Sum. Confess. libr. 2. tit. 5. quæst. 35. nu. 31.

8 QVÆST. Obligat Rex denuo subditos antea minimè obligatos ad novos labores, veluti ad edificandas domos, ad vineas excouandadas, & similes, absque mercede, peccatne? **R E S P.** Peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Ita D. Ant. 3. p. tit. 3. ca. 4. §. 4.

9 QVÆST. Quod peccatum committunt Principes cogendo subditos ad matrimonium certum contrahendum, vel non contrahendum? **R E S P.** Mortale, & insuper incurrit excommunicationem. Ita Concil. Trident. sessi. 24. ca. 9. de reform.

10 QVÆST. Peccatne Princeps, qui iudicia causa, & audita persona reum criminis, reuera commissi, clam per veranum, vel aliud mortis genus occidit inauditum, & infestum? **R E S P.** Peccat grauissime. Ita Nauar. capit. 25. num. 9. It enim contra ius naturale. *Clem. Pastoralis. §. Catrum. de reg. iur. & Gloss. memorabilis, in Extrauag. 1. de docto, & contum.* Nisi magna, & vrgentissima causa suadeat. Ita Nau. in sum. cit. loco. Decius cap. Ex parte. 2. de offic. delict. 2. & capit. Quæ in Ecclesia. de Constit. col. 9. Et ideo ex ista causa dampnantur capitis multi scelerati, qui non comparent.

11 QVÆST. Non est princeps soluendo, rogo an ad solucias debita possit creditoribus ex vectigalibus regijs assignare summam quotannis reddendam, nostrates appellant, tenent, seu priuilegium concedere, ne soluant vectigalia? **R E S P.** Affirmat D. Anton. 1. p. tit. 2. capit. 3. cum Raymundo, quem citat. Negat tamen Nau. capit. 25. numer. 11. Ratio eius est, quia nequit iuste iura regni imminuere, neq; onera augere. *ca. Intellecto. de iur. iuran.* Dixi tamen cum distinctione D. Antonini sententiam esse veram, cum debita contraxit in solum commodum regni: Nauarri vero, cum in propriam vtilitatem: & tunc non peccabit, si non soluat, quia impotentia eum excusat, sicut & alios.

Raptorum

Raptorum foeminarum peccata. §. 2.

- 1 An raptus sit noua luxuria species.
- 2 De pœnis contra raptores decretis.
- 3 Quod peccatum committant raptores.

1 **Q**VAESTIO. Estne raptus species noua luxuria super malitiam fornicationis, seu adulterij, vel stupri, vel sacrilegij, vel incestus? **R**ESP. Minime, sed addit malitiam iniustitiæ in confessione aperiendam, ratione personæ cui ius, & violentia infertur.

2 **Q**VAEST. Quæ pœna decreta sunt contra raptores foeminarum? **R**ESP. Plures. Nam in Concil. Trident. sess. 24. c. 6. decernuntur infames ipso iure ex communicati: omnium dignitatum incapaces, neque solum ipsi, sed omnes ad raptum, consilium, auxilium, aut fauorem præstantes. Item *Can. Statutum. 27. quest. 2.* tale peccatum est impedimentum impediens tantum matrimonium. Item *c. Si quis rapuerit. 27. qu. 1.* apponitur pœna capitis corruptoribus, sollicitatoribus, & raptoribus monialium.

3 **Q**VAEST. Quod peccatum igitur committunt raptores? **R**ESP. Grauiissimum mortale, tum contra legem naturæ, tum contra legem humanam, vt manifesto apparet ex dictis.

Reorum peccata. §. 3.

- 1 An reus iuridice interrogatus, teneatur respondere cum periculo vitæ.
- 2 Quando interrogatur iuridice.
- 3 An absolui possit reus, qui interrogatus iuridice, non aperuit veritatem.
- 4 Quando peccat reus appellando.

1 **Q**VAESTIO. Teneturne iuridice interrogatus veritatem fateri in iudicio circa crimen, ex cuius confessione plectendus est capite? **R**ESP. Tenetur. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 69. artic. 1. communiter receptus Gabr. in 4. d. 15. quest. 6. art. 2. Nau. c. Inter verba. conclus. 6. & in sum. c. 25. n. 35.

2 QVAEST. Quando interrogatur iuridice? RESP. Cum de crimine habetur semiplena probatio. Hæc autem habetur per vnum testem occultum, omni exceptione maiorem, vel per vnum indicium magnum: aut plura indicia licet minora, vt sentit Barthol. in L. fin. num. 7. ff. de questionib. Debet tamen hæc probatio, vt obliget, iam posita esse in processu, & reo nota, seu notificata. Ita D. Thom. 2.2. quest. 9. & ibidem. Caietan.

3 QVAEST. Estne reus absolueudus à confessario, si non fateatur tale crimen? RESP. Minime. Notat Sor. de reg. iur. m. 2. quest. 7. Ratio est, quia est impœnitens, & in mortali peccato, si adhuc potest crimen detegere.

4 QVAEST. Scit reus se iuste damnatum, tamen ad diffinendam sententia executionem appellat, peccatne mortaliter appellando? RESP. Peccat. arg. L. 1. ff. de appel. c. Ad nostram. de appel. Teneretur insuper restituere damna parti, & intercesse. Ita D. Thom. 2.2. qu. 69. art. 4.

Religiosorum peccata. §. 4.

- 1 De religioso habitante extra monasterium sine licentia prælati.
- 2 De religioso adeunte Prouincialem absque licentia Guardiani.
- 3 De religioso egrediente monasterium absque licentia prælati.
- 4 De religioso adeunte Prouincialem absque licentia Guardiani, quia illi negatur, vel certo constat, quod negabitur.
- 5 Quando peccat religiosus contra votum castitatis.
- 6 Quando peccat religiosus contra votum obedientia.
- 7 De inobedientia ex contemptu.
- 8 De inobedientia in publico.
- 9 An teneatur religiosus obedire cum periculo vite.
- 10 An obedientia Prælati, possit obligare religiosum ad accipiendum episcopatum.

¶ Sub

11 Sub qua p[ar]te teneantur religiosi sancti Benedicti
singulis mensibus confiteri.

1 QVÆSTIO. Peccatne mortaliter religiosus, qui absque
licentia sui superioris extra monasterium habitat, nulla
ad id iusta cogente causa? RESP. Peccat. Ita Nau. cap.
Non dicatis. 12. qu. 1. nu. 4. & Concil. Trid. sess. 24. ca. 11. de
reform. Causa autem iusta est, que arbitrio boni viri talis
iudicatur. c. Monach. 1. & 2. & 16. qu. 1.

2 QVÆST. Peccatne mortaliter religiosus exeundo mona-
sterio cum proposito adeundi Prouincialem, seu Generalem mi-
nistrum, non petita facultate à suo immediato superiore domus,
è qua egreditur? RESP. Peccat. Quia it contra nouum sta-
tutum in re graui latum à Concil. Tridentin. sess. 24. capi-
tul. 11. de reformat.

3 QVÆST. Exiuit religiosus extra claustrum monasterij per
paucos passus, & spaciū temporis, v. g. ut comitaretur alium
religiosum per plateas urbis, vel vsque ad villam monasterij,
recreandi animi causa: peccatne tunc mortaliter? RESP. Mi-
nime. Ita omnes, qui dicunt cum D. Thom. 2. 2. q. 10. art.
1. & Nau. l. 5. Consil. tit. de apostatis cons. 1. fol. 505. col. 2. quod
paruitas materiæ excusat à mortali: illi vero passus, &
temporis spaciū, cum proposito statim redeundi, est
paruitas materiæ in hac lege.

4 QVÆST. Grauat[ur] religiosus à suo immediato superiore
supra vires ipsius religiosi, petit ab eo licentiam adeundi Pro-
uincialem: negat ille, vel ipse religiosus probabiliter credit illum
sibi facultatem negaturum, si ab eo talis licentia petatur. Imo
ob id credit probabiliter se detrudendum in vincula, vel atroci-
ter puniendum, peccatne exeundo sine licentia superioris, ut eat
ad prouincialem? RESP. Minime: neque hoc vnquam pro-
hibuit Concil. Trident. sess. 24. c. 11. de reform. Ita Nau. cap.
Non dicatis. num. 61. Roder. in sum. cap. 43. num. 1. p. 1. cum
Bald. cap. Ad nostram de appel. Ratio est, quia est ius natu-
rale sibi prouidere de remedio: iuri vero naturali non de-
rogatur à iure positiuo. Oppositum docuit Bannes, sed
immerito, nisi ex tali fuga oriatur scandalum eorum, qui
causas exeundi ignorant.

5 QVÆST. Quis religiosus peccat contra votum paupertatis?

114

RES P. Qui habens facultatem superioris ad confirmandum peculium seruatum apud depositarium, illud consumit in re turpi, illicita, aut saluti minime necessaria. Ita Nau. li. 2. restit. c. 1. n. 182. Instruct. confess. 2. p. ca. 6. Ratio est, quia nunquam ad turpes vsus superior dedit licentiam: imo nec dare poterat, non enim habet potestatem in destructionem, sed in ædificationem. Deinde peccat mortaliter, qui absque superioris licentia quicquam accipit ab aliquo notabilis quantitatis, quod prælato non manifestat, imo occultit, & occultum seruat ad proprios vsus. Ita Nau. lib. 1. de restitut. c. 1. n. 171. Tertio, qui absque licentia superioris quicquam notabilis quantitatis dono accipit, & donat. Ratio est, quia accipit, & donat alienum. Atque ideo vterque dās, & accipiens tenetur ad restitutionem rei ablata. Ita Idem Nauar. l. 1. de restit. c. 1. n. 201. Quarto. Qui contra sui Ordinis statutum accipit elemosynam pro missis, concionibus, alijsque pijs operibus. Ratio est, quia committit scandalum, deinde, quia ita contra paupertatis votum, quo profiteretur se solo victu, & vestitu, iuxta D. Pauli consilium fore contentum. Quinto. Qui ex profusa Prælati licentia plus infumit, quam indigeat, adeo ut alij egeant, & ipse abundet, alij fame opprimantur, & ipse epuletur, vel si dicamus eū Paulo, alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Ratio est, quia Prælati peccat in tali licentia, & tenetur ad restitutionem superfluum. Nam distributor est talium bonorum, & non dominus; & ideo qui tale infumit, rapinam infumit.

6 **QVAEST.** Quæramus modo de voto obedientiæ: Ergo, an omne, quod iubetur, sub præcepto obedientiæ, tenetur religiosus exequi sub mortali? **RES P.** Si quod præcipitur sub tali pœna, est leuis ponderis, & momenti. v. g. præcipio tibi sub virtute obedientiæ tollere festucam e solo, vel quid simile, non est peccatum mortale id omittere, amoto contemptu, & scandalo, ex passione, vel fragilitate. Ita Caiet. in sum. verb. inobediencia.

7 **QVAEST.** Inobedire ex contemptu formali, id est, non facio ex tantum, quod præcipitur, estne mortale, quando res præcepta est leuissimi momenti? **RES P.** Est quidem Ratio est, quia contemptus formalis in quauis leuissima materia

vena est mortale. Ita Caiet. *verb. inobediencia. Nau. cap. 23. num. 35.*

8 QVAEST. Iubet Prelatus rem iniustam coram multis surgit subditus. & contempta voce dicit tale mandatum esse iniustum: precipit superior sub virtute obedientia, ut taceat, tenetur ne subditus in eo euentu tacere sub mortali? RES P. Tenetur. Nam huiusmodi obedientia pertinet ad obseruantiam regularem, quae iubet pacifice, & religiose negotia tractare in publico. Non item in secreto: nam tunc licet superior precipiat, ut subditus taceat, licet illum monere iniusti mandati. Ita Rod. *in sum. 2. p. c. 9. n. 1.*

9 QVAEST. Tenentur ne subditi religiosi obedire prelati cuius periculo propria vita? RES P. Si adsit necessitas communis, tenentur: quia bonum commune anteferendum particulari. Item cum habent publicum officium. Ideo si necesse sit tempore pestis Guardianum manere in monasterio pestis tabe infecto, tenetur obedire Provinciali precipienti, ne domo exeat, ut Episcopo parochus, precipienti ne relinquat suas oves. Ita Soc. *4. Iust. quest. 2. ar. 3.* Roder. *in sum. 2. p. cap. 9. num. 1.* cum Caietan. Tabien. & Nauar. quos citat.

10 QVAEST. Tenentur ne subditus obedire sub mortali superiori precipienti sub obedientia, ut accipiat Episcopatum? RES P. Minime. Ratio est, quia obligatio voti non extendi potest ad maiorem perfectionem, quam vouens vouit, sed perfectio Episcopi est maior perfectione religiosi ex natura status, & officii: ergo, &c. Summus tamen Pontifex cuius est prouidere bono communi, si id expedire intelligat, Titium esse episcopum, illi sub mortali obedientia cogere potest.

11 QVAEST. Sub quo reatu tenentur religiosi sancti Benedicti singulis mensibus confiteri, ut illis precipitur. Clem. 1. de stat. monach. RES P. Soc. *in 4. d. 18. qu. 1. ar. 3.* Maior. *in 4. d. 17. q. 2.* videntur asserere teneri sub mortali. Caiet. tamen *tom. 1. opusc. 19. act. 5. q. 1. can. Relect. de pen. p. 5. fol. 113.* aiunt teneri solum venialiter. Veruntamen, nec pro vna, nec pro alia opinione: nec item pro incerta sententia Nau. *c. 2. n. 9.* affirmantis solum teneri ex honestate: datur sufficiens fundamentum, cum nec ex verbis legis, nec ex poena appoſita sufficienter colligatur. Ideo Doctor Suar. *de pen. dist. 1.*

dist. 1.

disp. 36. sect. 5. n. 9. standum esse admonet consuetudinalis religionis illam legem approbantis, & interpretantis.

Resignantium beneficium peccata. §. 5.

- 1 De simonia in resignatione beneficij, cum pacto percipiendi fructus resignati beneficij.
- 2 De simonia in resignatione beneficij, cum confidentia de percipiendis fructibus.

1 **Q**UÆSTIO. Resignauit Titius beneficium absolute Socratem, cum pacto tamen inter ipsum, & Socratem de fruendis fructibus eius in totum, vel in partem, rogatus teneatur Socrates reddere tales fructus: & insuper, an Titius possit tuta conscientia ijs frui? **R**ESP. Nequaquam. Ratio est, quia tale pactum in iure est approbatum, late ostendunt Sot. 2. iust. q. 6. art. 2. & lib. 4. q. 7. art. 2. Hincal. trad. de simon. Cordub. q. 32. habeturque super hoc motus proprius Pij. V.

2 **Q**UÆST. Non interfuit pactū sed mera confidentia. **R**ESP. Neque tunc tenerur Socrates reddere tales fructus beneficij in totum, vel in partem. Ita Cordub. loc. cit. Ratio est, quia licet pactum illud valeret secundum ius, non valeret tamen non expressum in foro contentioso. L. Si repere Cod. de condict. ob causam. Tradit Medin. lib. de rest. q. 3. & 34. & Cordub. cas. 32. In foro autem conscientie non tenet. Quia fructus beneficij dantur propter officium resignatarius vero non exercet officium, ergo neque illi debentur fructus.

CAPVT XVII.

AD LIT. S.

Sacerdotum peccata. §. 1.

- 1 Quando peccat in elemosyna promissa.
- 2 Quando peccat in Trintario.
- 3 Quoties teneatur simplex sacerdos celebrare in anno.

1 QUÆST.

8 **Q**VAESTIO. Peccatne sacerdos accipiendo duplicem eleemosynam pro vna missa? **R**ESP. Quando neutra pitantia, seu eleemosyna est sufficiens ad commode illo die sustentandum sacerdotem, non est peccatum vnam missam pro duplici eleemosyna offerre. Ita Beia. casu 12. & Lamas in method. curator. cap. 13. §. 17. Ratio est, quia qui altari seruit, de altari vivat necesse est, Corinth 9. Neque eleemosyna datur pro sacrificio, cum illud minime sit appretiable; sed datur in alimentum sacerdotis sacrificantis: ac proinde iniusta esset postulatio eius, qui pro tenui eleemosyna totum postularer sacerdotis obsequium, estque tacita offerentis consensio: Minime tamen assensio eiusdem Doctoris opinioni, de æquo valore sacrificij erga omnes pro quib. offertur. Ex eo enim capite siue eleemosyna sufficiens esset ad alimentum diei, siue insufficientis, liberum esset sacerdoti pro pluribus sacrificium offerre. Est enim opinio contra communem sensum hominum, atque occasio esset abstinendi, à danda eleemosyna pro missarum celebratione. Credo igitur certam portionem satisfactionis à Deo determinari pro quolibet sacrificio erga eum, pro quo offertur, quæ si in plures distribuitur, minor pertinet ad singulos.

2 **Q**VAEST. Quid censet de trinario, Nostrates appellant triginta missas, quas D. Gregorius celebrandas pro defunctis instituit? **R**ESP. Satis fit defuncto triginta missis alijs ab ijs, quas D. Gregorius nominavit; & iis non continuis oblati pro defuncto. Ita Beia 1. p. casu. 13. Dico secundo. Minime conveniens est, illas triginta missas continuo celebrare, quas manuale apponit. Ratio est, quia non licet pervertere ordinem missalis reformati per Conc. Trid. propter particularem devotionem, & ideo in diebus festis, & feriis notabilibus, quæ habent peculiare missas, quales sunt feriæ quadragesimæ, quatuor temporum, litaniarum, eas omittere peccatum est veniale. Ita Ang. verb. missa §. 33. & ver. feria §. 42. Sor. 4. sent. d. 13. q. 2. ar. 1. §. quod autem. grauver. reprehendens sacerdotes facile ex devotione particulares missas omittentes, & alias assumentes. Dico tertio. Satisfacit sacerdos, licet interrumpat hos triginta dies ex causa: & ideo obligatio celebrandi continuo has missas, intelligenda est, quo ad fieri potest, iuxta c.

signi-

significatum, de præbendis Dico quarto. Iniusta esset alia obligatio. Ratio est, quia obligaret ad illicita. Enim vero aliquando non est aptus sacerdos ad celebrandum debita reuerentia, vt notat Panorm. cap. Consultuisti. de celeb. miss. Tabien. ver. missa. n. 44. D. Ant. 1. p. tit. 10. c. 2. §. 3.

3 QVAEST. Quoties tenetur simplex sacerdos celebrare anno? RESP. Ad minus ter, nimirum, in die Natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes. Ita D. Thom. 3. p. 82. art. 10. Rich. in 4. d. 13. art. 2. Ang. verb. Missa. n. 43. cum Bonau. & Palud. Sylu. missa. 1. q. 7. vers. 4. Arn. ver. communio. n. 14. Nau. c. 25. n. 88. Sot. in 4. d. 13. qu. 1. art. 10. talemque sacerdotem obligant sub mortali, teste Viu. tract. de Eucharist. de sacerdote n. 1. per text. ca. Dolentes. de celeb. miss. & per can. & Sanctorum Apostolorum, vbi hoc crimen, non excusante impedimento, vehementer reprehenditur.

Sponsorum peccata. §. 2.

- 1 An sponsus possit accipere pecunias pro relaxanda obligatione sponsa.
- 2 De osculis, & amplexibus inter sponsos.
- 3 An sponsalitia promissio obliget sub mortali.
- 4 De promissione sponsalitia iurata.
- 5 De stupratore sub ficta promissione nubendi.
- 6 Per quid impletur sponsalitia promissio.
- 7 De stupratore nobili ficto promissore nuptiarum summe ignobili.

1 QVAESTIO. Accepit Titius pecunias à Bertha, qua cuius sponsalia contraxerat, pro relaxanda obligatione contrahendi cum ea ad nubendum alteri, peccatne Titius pecunias retinendo? RESP. Minime. Ita Beia. 1. p. casu. 1. Ratio est, quia illa donatio est voluntaria, vt in simile concludit Sot. 4. li. iust. q. 7. art. 1. Deinde. Quia Titius habet ius ad illam in conscientia, & in iudicio obligandam contrahere: sed hoc ius pretio est aestimabile, ergo, &c. Iam vero si ex fracta fide datur lucrum cessans, vel damnum emergens, res est clarior, & negari nequaquam potest, posse illud pecunia refareiri, vt manifestum est.

2 QVAEST.

2 QVAEST. Licetne Sponsis uti amplexibus, & osculis
causa delectationis carnalis, remoto periculo ulterius progredi-
endi. RESP. Licet amplexus, oscula impudica non sint,
 peccatum tamen est mortale ijs uti inter sponsos de fu-
 turo propter solam delectationē sensibilem, & libidino-
 sam, etiam amoto periculo ulterius progrediendi. Hæc
 est contra Caiet. in sum. ver. sponsalia. q. 22. q. 154. art. 4. &
 Nau. cap. 16. n. 34. qui solum peccatum veniale sibi agnos-
 cunt. Veruntamen est communis Doctorum cum D.
 Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. & probatur ratione, quia talis de-
 lectatio sensibilis, & libidinosa sequitur rationem coi-
 tus, à quo oritur: sed coitus inter spōsos est illicitus mor-
 taliter; ergo & amplexus, atq; oscula; siquidē amplexus,
 & oscula est inchoatus concubitus, ut asserunt Caietan.
 & Non. locis citatis.

3 QVAEST. Promisit Titius Bertha se illi nupturum, te-
 neturne sub mortali promissionem implere? RESP. Negaret
 Caiet. 2. 2. q. 113. ad 4. cum absolute asserat, ex simplici
 promissione non oriri obligationem seruandæ fidei sub
 mortali, nisi ex alio capite damnum suboriat. Affir-
 mandum tamen omnino est. Ita Panor. c. 1. de pactis. Sylu.
 pactum. n. 4. Sol. lib. 7. Inst. q. 2. art. 1. ad 2. exprimit aperte
 D. Thom. in 4. d. 21. q. 2. art. 1. ad 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap.
 18. §. 2. Sylu. ver. sponsal. q. 4. Colligitur ex c. Ex literis san-
 cti Syluani c. Sicut c. Requisiuit. de sponsalib. expressius. c. De
 illis. 1. de sponsalib. & c. Iuramenti 22. q. 5. & aliorum om-
 nium, qui asserunt simplicem promissionem obligare sub
 mortali promissorem, cum sit de re graui.

4 QVAEST. Qui promisit, & iurauit promissionem, quot pec-
 cata committit, cum non impleuit? RESP. Duo, vnum fracti
 iuramenti, alterum non impletæ promissionis. Ita Do-
 ctiores, & textus citati.

5 QVAEST. Fictè promisit Titius se Bertha nupturum, &
 illam hac promissione deslorauit, teneturne sub mortali il-
 lam ducere? RESP. Tenerur. Ita D. Tho. in 4. d. 28. art. 2. ad
 4. Sol. in 4. d. 27. q. 1. art. 3. §. alia præcipua. D. Ant. 2. p. tit. 2.
 §. 3. Sylu. lex q. 5. Angel. stuprum n. 1. Nau. c. 16. n. 16. secū-
 do dicendum. & n. 18. Ita deciditur expresse ca. 1. de adul-
 Quod quidem intelligendum est, nisi ex tali matrimo-
 nio magna incommoda oriantur, aut oriri prudentis

arbitrio timeantur: tunc enim satis est puellam dotari, ut honeste nubat.

6 QVAEST. Promisit vere Titius Verit. & se nupturum, & testis ne implere hanc promissionem per dotem redditam: supponit virginem non deflorasse? R E S P. Ea promissio etiam non ratata, talis est conditionis, ut ei nec pecunia, nec alia re ratione satisfiat tam in interiori, quam in exteriori foro, nisi per ipsam contractionem matrimonij, & ideo peccat mortaliter, qui non stat promissis nubendo. Ita dicitur *in toto titulo, de sponsalibus*. Tenetur insuper restituere damna omnia ex fracta fide, daturque actio aduersus fidei fractorem, de qua agunt totus codex, *de transactio. Angel. Sylu. Tabien. verb. transactio*, sed de foro contractioso alij videntur.

7 QVAEST. Socrates nobili promisit Ioanna ignobili filia, & nimo se illi nupturum, & hac spe illam stuprauit, & nuptura illi nubere? R E S P. Minime. Ratio est, quia in coeuvatu censetur ipsa, se ipsam decipere voluisse, & idem dicendum, quando illa intellexit fictum animum promittentis.

CAPVT XVIII.

AD LIT. T.

Testis peccata. §. 1.

1 An testis teneatur fisco restituere, quod illi ad iudicatum non fuit propter falsum iuramentum.

1 QVAESTIO. Prestitit iuramentum Socrates circa rem comprehensam à fiscalibus, propter quod res fuit ad iudicatum domino, & non fisco, teneturne Socrates restituere fisco, quod illi propter falsum testimonium fuit negatum? R E S P. Affirmat Ioan. Platin. *L. Quoties. de exact. libro 10. in c. 1. Barthol. Cod. de assēs. L. si post. Panorm. cap. canon. de confit. & cap. Dilecti. de arbit.* Ratio eorum est, quia fiscus habet ius ad rem circa poenam iudicandam: hoc vero ius iniuste violatum fuit à teste falso. Negandum tamen cum Sylu. *rest. 3. qu. 5. vers. 7. Sot. lib. 1. Inst. qu. 6. art. 6. Nauar. in sum.*

ca. 25. num. 51. §. ad quæsitum. Probatum ratione, enim vero natura ipsa abhorret, ut idem sit agens, & patiens: esset autem idem agens & patiens: qui teneretur reddere pœnam, quæ ab eo non exigitur: ac proinde intolerabilis esset, & iniqua lex, quæ id faciendum iuberet. Hinc colligunt Doctores pœnam non deberi ante condemnationem, teste D. Thom. 2. 2. qu. 62. ar. 3. Nam leges non obligant, nisi quatenus sunt receptæ, ut decernitur ca. 1. de const. 16. receptio vero probatur consuetudine, quæ leges ipsas mutat, ut docet D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 3. sed leges civiles damnantes ipso iure, & facto transgressores amissione suorum bonorum, non sunt receptæ, nisi post iudicatam litem, & latam sententiam: ideo nec reus, nec testis falsus tenetur ante illam ad restitutionem. Hinc fit, ut fiscus ante pœnæ adiudicationem nullum habeat ius ad rem, vel in re, quod erat falsum fundamentum partis affirmantis, solumque habet ius ad actionem.

Testamentariorum peccata § 2.

- 1 De dilatione in exequenda voluntate testatoris.
- 2 An possit episcopus commutare ultimam testatoris voluntatem in legato pio.

QVAESTIO. Estne peccatum mortale absque iusta & gravi causa, pia opera testatorum implenda differre, nec dicam non implere. **R**ESP. Morta quidem ita Card. Tolet. lib. 5. c. 1. n. Ratio est manifesta, quia forsitan ex defectu legati impleri detinetur anima vita functi in pœnis.

2 **Q**VAEST. Licetne ex Episcopi facultate mutare pium testatoris legatum in aliud æquale, aut melius? **R**ESP. VIO parte negante videtur textus expressus Clem. de religiof. domib. cap. Quia contingit. & Gloss. ib. verb. Sedis Apostolica: ubi asseritur ultimam testatoris voluntatem semper esse implendam. Oppositum tamen asserendum cum Syl. legatum. 4. qu. 12. D. Ant. 3. p. iii. c. 2. §. 7. Aug. verb. leg. n. 12. Tabien. legatum. n. 11. Atiml. ibid. nu. 55. Barth. L. 1. liberta. §. Lucius & L. legatum civitati. ff. de usufruct. Ioann. Andr. c. Quia contingit de relig. domib. Hugo, Imola, & multis alijs. L. 1. de const. Probatum efficaciter, quia Episcopus est executor

curor piarum dispositionum, per Conc. Trid. sess. 22. ca. 1.
& iam antea erat per cap. Tua nos. de testam. in tali vero
commutatione disponit in utilitatem testantis animo, &
ideo idem facit, quod testator iussit: nam qui melius fa-
cit, non aliud, quam idem facit, per ca. Peruenit 2. de iur.
iuran. cap. Scriptura de voto. cap. Regula. de reg. iur. in 6. Dec.
igitur apertius. Ultima voluntas testatoris potest ab E-
piscopo commutari in melius aut aequale, ut pu-
batum manet. A Summo vero Pontifice in minus, immo in
vltus profanos, si ei in Domino videbitur. *Quia conu-
git. cit.*

CAPVT XIX.

AD LIT. V.

Viduarum peccata. §. 1.

I De actu cogitato prateriti coniugij.

QUESTIO. Peccatne mortaliter vidua, qua ex cogitato
praterito actu coniugij delectatione fructur sensibus, &
carnali, amoto periculo sese polluendi. RESP. eccu. Ita
Caiet. qu. 74. artic. 8. ad 4. Sylu. Delectatio qu. 3. Armi. ibid.
n. 5. Tadien. ibid. qu. 7. Nau. in sum. c. 16. n. 10. Cordub. lib. 1.
q. 25. dub. 1. & 13. Cum vero aliqui doctores oppositum
asserere videntur, loquuntur de voluptate mentis mini-
me ad sensum perueniente, venereasque partes irritan-
te. Ita adnotauit Comitulus libr. 1. qu. 134. Ac proinde sic
exponendus Pet. Son. tract. de distinct. peccat. lect. 4. Palud.
in 4. dist. qu. 3. artic. 1. & Geson. Alphab. 38. tit. D. quorum
verba refert, & exponit ipse Comitulus. Idem dicendum
de cogitato actu matrimonij absente coniuge. Proponit
efficaci ratione. Quia idolum mentis, idem est acque-
dolum, & imago alia: sed ex cogitata imagine marmo-
rea, vel eburnea ad similitudinem coniugis fabricata,
peccatū est lethale: capere sensibilem, & libidinofam de-
lectationem; ergo idem erit ex ipsius coniugis imagine,
seu idolo fabricato in mente, & imaginatione.

CAP.

CAPVT XX.

De operibus misericordiae.

- 1 Quot sunt opera misericordiae.
- 2 Sub quo nomine comprehenduntur quatuordecim opera misericordiae.

1 **Q**UESTIO. Quot sunt opera misericordiae? **R**ESP. Quatuordecim, septem corporalia, septem spiritualia: corporalia continentur illo versu.

Visito, poto, cibo, redimo tege, colligo, condo.

Ita cum D. Thom. 1.2. q. 32. ar. 2. & Archidiacon. ca. Tria sic explico. Esurientem pascio, sitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, aegrotum visito, mortuum sepelio. Spiritualia vero continentur illo versu.

Consule, castiga, remitte, solare fer, ora.

Id est, ignorantem doce, errantem corrige, offensam remitte, tristem solare, onerosum porta, ora pro uiuis, & defunctis.

- 2 **Q**UEST. Sub quo uno nomine comprehenduntur haec opera quatuordecim? **R**ESP. Sub eleemosyna, quae duplex est, corporalis una, quae subuenit necessitatibus corporalibus, spiritualis altera, quae succurrit necessitatibus spiritualibus. Potest autem eleemosyna erogari tam uiuis, quam defunctis.

De eleemosynae praepcepto. §. 2.

- 1 Desinitur eleemosyna.
- 2 Qui possunt facere eleemosynam.
- 3 Quas eleemosynas possunt facere religiosi, foemina uxorata, filij familias, famuli, mancipia.
- 4 Cui facienda est eleemosyna.
- 5 An sit praepceptum de facienda eleemosyna.
- 6 Quos obligat praepceptum faciendi eleemosynam.
- 7 Quas condiciones in persona requirit hoc praepceptum ut obliget.

299 3

8 Quo-

- 8 Quotuplex est necessitas.
- 9 Quotuplex est superfluitas.
- 10 Ex quibus superfluis tenemur subuenire necessitati extrema.
- 11 Ex quibus superfluis tenemur succurrere necessitati gratis.
- 12 Ex quibus superfluis tenemur succurrere communibus necessitatibus.
- 13 De episcoporum obligatione faciendi eleemosynas.
- 14 De obligatione Beneficiatorum circa faciendam eleemosynam.
- 15 An sit satis vendere, cambiare, vel mutuo dare extreme indigenti.
- 16 An teneamur donare extreme indigenti, cum ipse non vult emere, vel accipere mutuum, vel cambiatum, sed donatum.
- 17 An teneamur succurrere extreme indigenti ex bonis alienis, quae apud nos habemus.
- 18 An quisque extreme indigens possit sibi succurrere ex raptis alienis bonis.
- 19 An qui extreme indigens alienum rapuit, tenetur illud restituere in pingui fortuna.
- 20 An distributor eleemosynarum possit sibi, vi pauper est, atque aliis distribuere.
- 21 An iusti belli obsidione oppressis, & fame perentibus liceat cibos offerre.

QUESTIO. Quid est eleemosyna? RESP. Est operatum, quo indigentiae alterius subuenitur, procedens ex misericordia. Misericordia vero est actus displicentiae circa malum alterius ad ei subueniendum inclinans. Ita Card. Tolet. tract. de septem pec. mort. ca. 18. D. Tho. 2. 2. q. 0. artic. 1. 2. 3. D. Aug. q. de civ. quae sequitur Navar. cap. 24. nu. 2.

2. **QVÆST.** Qui possunt facere eleemosynam? **RESP.** Qui habent rem propriam, vel quo ad dominium & vsum fructum, simul vel quo ad vsum fructum solum. Ideo subditi, quia nihil proprium habent, nil pauperibus erogari possunt, absque licentia expressa, vel tacita superiorum. Quod intelligo, nisi urgeat extrema proximi necessitas. tunc enim possunt, etiam repugnantibus superioribus. Ita Gloss. *can. Non dicatis* 12. q. 1. & ibidem Doctores communiter. Ino nisi urgeat grauis necessitas, obtenta, si fieri possit, superiorum licentia. Ita Panorm. *cap. Si quis de factis*. Tolet. *tract. de sep. pec. mort. cap. 28.* Comitol. *in respons. mor. lib. 7. c. 27.*

3. **QVÆST.** Cum inter subditos numerentur religiosi, fœmine uxorate, filij familias, famuli mancipia, de singulis seorsum dicitur, quid sentias? **RESP.** Dico primum. Religiosi cū peregrinantur, possunt de sibi datis à monasterio in sustentationem, mediocres facere eleemosynas, idemque dicendum, cum extra monasterium studiorum, aliorumue negotiorum causa commorantur. Ita Armil. *eleemosyna. §. 5.* Tolet. *loco citato.* De peregrinantibus nullus Doctor dubitauit, teste Comitolo *lib. 4. Resp. quest. 7. num. 1.* De studentibus tenuit D. Thom. *in 4. d. 15. qu. 2. art. 1. q. 4. ibi.* Durand. *q. 8. nu. 6.* Neque quisquam huic veritati contradicit, teste eodem Comitolo *citato.* Qui tamen curam habet gubernandi domum, non solum potest, sed tenetur ex superfluis pauperum subuenire inopia. Ita A'ens. *4. p. q. 32. in 4. artic. 1.* Dico secundum. Vxor potest ex cōmuni bono modicas facere erogationes, præcipue cū maritus durus est, & asper in pauperes, ipso etiã repugnante. Sic fecit Abigail. 1. *Reg. 15.* Mediocres dixi, quia magnas solum facere potest ex bonis supra dotem sibi reseruatis in proprios vsus. Itē ex summa, quæ à marito illi datur in liberam distributionem, & ex pecunia, aliaue re sibi, & nō marito donata. Ita Card. Tolet. *tract. de pec. mort. c. 29.* Dubium est, Verum adultera sit domina rei, quæ per adulterium lucrata est, assumat Sor. *4. Inst. q. 7. art. 1.* & Tolet. *citato loco.* Dico igitur, etiam tunc posse qualis erogare pauperibus eleemosynas. Dico tercio. Filij familias possunt ex bonis castrensibus, aut quasi castrensibus, facere eleemosynas. Sunt autem illa bona, quæ

acquisiuerunt, vt notarij, aduocati, medici, & beneficij, & tunc, quas voluerint. Ex bonis vero patris, vel cum peregrinantur: vel cum in studijs versantur: vel cum ab inopibus rogantur, modicas tantummodo elemosinas facere possunt. Ita comuniter Doctores. Dico quarto. Serui, & mancipia ex abundantia fructuum in vitam modicas possunt facere elemosinas, nesciate domino. Ita Tolet. Ratio est manifesta, quia oppositum contradicit fraternae charitati.

4 QVAEST. Cui facienda est elemosyna? RESP. Cuius indigenti fideli, vel infideli. Ratio est, quia elemosyna est actus impetratus a charitate: charitas vero neminem excludit, iuxta Pauli sensum: Omnibus debitor sum, sicuti & infideli, Romano, & Graeco.

5 QVAEST. Tenemurne ex precepto facere elemosinas? RES P. Tenemur. Ita habetur Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo eboratus Diu manet in illo? Habetur 1. Iacobi. 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Habetur Marti. 25. Maledicti qui esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Apertius habetur Luc. 11. quod superest, date elemosynam. Esa. 1. subueniente oppresso.

6 QVAEST. Quod personarum genus obligat hoc preceptum? RESP. Omnes fideles, & infideles. Ita D. Cyrillus. Item de elemos. Ratio est, quia hoc preceptum non solum positum a Christo Domino, sed naturale est.

7 QVAEST. Qua requiruntur, vt hoc preceptum obliget sub mortali? RESP. Scilicet superfluitas ex parte erogantis, indigentia ex parte accipientis.

8 QVAEST. Quotuplex est indigentia? RESP. Triplex: extrema: grauis: communis. Extrema est, cum quis est in certo, aut probabili mortis periculo ex defectu necessario. Grauis est, cum quis est in periculo graui perditionis honorum, aut decentiam sui status, vel per peccatum, vel per seruitium. Communis est, qua communiter laborant inopes.

9 QVAEST. Quotuplex est superfluitas bonorum? RESP. Triplex. Vel enim superfluunt bona ad ipsammet vitam alendam; vel ad status decentiam sustentandam; vel

ad decentissimam decentiam ipsius status condecoran-
dam.

19 *QVÆST. Ex quibus superfluis tenemur sub precepto succurrere extreme indigenti.* R E S P. Ex superfluis ad vitam, & ex necessarijs ad decentiam status. Ita communiter Doctores. Dixi (ex superfluis ad vitam) quia ex necessarijs ad illam non tenemur: imò tenemur nobis in æquali necessitate constitutis succurrere, quia charitas bene ordinata incipit à se ipsa: Nisi extreme indigens sit persona publica, a qua bonum pender commune: tunc enim potius illi, quam nobis tenemur subvenire, cum teneamur commune bonum particulari anteferre, etiam in eo euctu iuxta D. Tho. 2. 2. qu. 32. arti. 6. Sor. 5. iust. qu. 1. artic. 7. Tolet. tract. de pec. mort. c. 34. Licet Sylu. elemos. §. 2. & Armil. ibi. qu. 4. asserant id esse tantum consilium. Dixi (ex necessarijs ad decentiam status) quia tenemur vitam proximi pluris æstimare, quam decentiam nostri status, secundum charitatis ordinem.

20 *QVÆST. Ex quibus superfluis tenemur sub precepto succurrere graviter indigenti.* R E S P. Ex superfluis ad decentiam status. Ita D. Thom. in 4. d. 15. qu. 2. ar. 1. q. 2. D. Anto. 2. p. tit. 1. capit. 14. §. 4. Richard. in 4. dist. 15. Syluest. Tabie. Armil. ver. elemosyn. Medin. eod. de pec. tract. 5. de elemosy. Tolet. loco citato, expressius. D. Thom. 2. 2. qu. 32. arti. 1. Caiera. ibidem, & tom. de precep. elemosy. Maior. in 4. d. 15. q. 3. & ibi. Palud. Navar. in man. capit. 24. nu. 5. & de redd. eccles. q. 2. mon. 7. Syl. elem. qu. 1. Quamquam Alent. 4. p. qu. 13. & Gab. in 4. d. 16. qu. 4. conc. 5. oppositum teneat cum Panor. ca. Si vero de iur. iuran. & D. Anto. 2. p. cap. 14. Ros. ver. elemosy. Notandum tamen cum Sylu. Caret. Armil. & alijs Doctorib. ver. elemosy. Tolet. tract. de pec. mort. cap. 33. decentiam status non esse attendendam ex presenti tempore, sed etiam ex futuro: ut si quis nunc habeat superfluas pecunias, quia solutus est ab vxore, aut recenter nuptus absque filijs, paucis post annis habebit necessarijs propter vxorem, & filios natos.

21 *QVÆST. Ex quibus superfluis tenemur succurrere communibus necessitatibus.* R E S P. Dico primum. Tenetur dives ex superfluis ad decentiam status elemosynā succurrere cōmunibus pauperū necessitatibus, seu ut clarius lo-

quar, tenetur sub mortali in pauperes distribuere superflua ad decentiam status. Hæc conclusio est probabilis, traditur è Cardin. Tolet. *tractat. de sep. pec. mori. capit. 1. nu. 2.* Probatum efficaciter ex sanctorum Patrum dictis oraculis. Ratio est, quia tantorum sanctorum dicta probabilem faciunt opinionem. Ita D. Hieronym. *ut dicitur in Decret. distinct. 42. capit. 1.* aliena rapere conuenitur, qui ultra sibi necessaria remanere probatur. D. Ambros. *ut habetur distinct. 47. can. Sicut. Non minus est criminoso habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare. Esurientium est panis, quem tu deris: nudorum est indumentum quod tu recludis: miserorum redemptio est pecunia, quam in terra defodis, tot ergo scias te inuadere bona, quot possis prestare.* D. Augustin. *in Psalm. 147.* Superflua diuini necessaria sunt pauperi, aliena rapit, qui ista deridet. *Dico secundum.* Probabilius est neminem teneri sub mortali distribuere superflua ad decentiam status, nisi in extrema, vel graui necessitate. Ita tenet communis opinio, sic Alex. Alesh. 4. p. qua. 13. mem. 1. Gab. in 4. dist. 16. qua. 4. conclus. 5. D. Thom. in 4. d. 15. qua. 2. artic. 1. qua. 3. Anton. 2. p. tit. 1. capit. 2. §. 4. Richard. in 4. d. 15. Sylu. Tabien. Armil. *elemosyna.* Medin. *cod. de poenitent. tract. 5. de elemos. quos refert,* & sequitur Tolet. *tract. de pec. mori. capit. 1. numer. 2. & 3.* *Dico tertium.* Superfluitas bonorum ad decentissimam decentiam status obligat diuitem sub mortali communibus succurrere pauperum necessitatibus et præcepto faciendi elemosynas. Ita Beia. 2. p. casu. 21. cum pluribus, quos citat iux. illud Ioann. 1. cap. 3. *Qui vidit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei erit in illo?* Item illud Pauli ad Hebr. *alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Quod quidem contra humanam pietatem, & naturalem fraternitatem amorem esse, nemo sani consilij negabit.

13 QVÆST. *Estne idem dicendum de episcopis?* Resp. Circa bona patrimonialia idem de illis, atque de quibusque diuitibus dicendum. Circa vero bona Ecclesiastica, hoc est comparata ex ecclesiasticis redditibus, subtractis his, quæ ad decentem victum, & vestitum, & domus ornatum pertinent, in super subtractis his, quæ gratia pietatis, & charitatis potest in consanguineos indigentes,

aut

aut famulos distribuere, teneatur residuum dare pauperibus sub mortali. Ita communiter Doctores teste Card. Tolet. *lib. ca. 4. nu. 16.* Qualis autem debeat esse status decentia Antistitis, docuit Conc. Carthag. III. *can. 15.* his verbis. Episcopus vilem suppellectilem, mensam, & victum pauperem habeat, & dignitatis suæ autoritatem in fide, & vitæ meritis quærat. Docuit Conc. Trid. *ses. 25. ca. 1.* parum mutatis verbis. exemplo patrum nostrorum in Conc. Carthagin. non solum iubet, vt episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac fragili victu contenti sint, verum etiã in reliquo vitæ genere, ac tota eorum domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodq; non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contempnum præ se ferat.

14 **Q**UÆST. *Estne idem dicendum de beneficiatis & curatis circa ea, quæ ex ecclesiasticis redditibus compararunt, atque dictum est de episcopis?* **R**ESP. Idem. Ita Card. Tolet. loco proxime citato, cum communi, & maiori, cum ratione de Cardinalibus,

15 **Q**UÆST. *Obligamur ne in extrema necessitate alterius si donare, an satis est mutuo dare, vel cambiare, vel vendere?* **R**ESP. Quotacumq; sit extrema necessitas, satisfacimus præcepto mutuando, vendendo, vel cambiando. Ita Adria. *de restit. & Nau in sum. ca. 17. num. 60* Ita legimus Iosephum succurrisse Ægyptijs *Gen. 47.* & Tobiam Gabello sub chirographo. *Tob. 1.*

16 **Q**UÆST. *Non vult extremè indigens accipere mutuum, nec cambiatum, nec venditum, sed liberum, & donatum, teneor ne donare?* **R**ESP. Teneor succurrere donando. Ita Card. Tolet. *tract. de pec. ca. 37.*

17 **Q**UÆST. *Habet quis alienarum pecunias in manu sub tutela, tenetur ne succurrere cum ijs extremè indigenti cum non habeat proprias?* **R**ESP. Tenetur: neq; si succurrat, tenetur ea restituere. Ratio est, quia illarum pecuniarum non suarum, sed alienarum erant, & ideo secum deferrebant dominium veri domini. Toleti tamen exemplum de eo, qui habet mutuas pecunias non est ad rem: quia in mutuo translatum est dominium, & ideo si illas pecunias quis dedit, suas dedit, atque tenetur soluere debitum.

18 **Q**UÆST. *Licet in extrema necessitate sibi quis succurrere ex*

vere ex

vere ex alieno rapto? R E S P. Pars affirmans ita certa est, ut nullus sit, qui dubitet: est enim huiusmodi subiectum ex iure naturali.

19 QVÆST. Deuenit postea ad pinguiorem fortunam, teneatur raptus huiusmodi restituere? R E S P. Negat Scotus 4. d. 1. q. 2. & 10. Gabr. Sor. li. 4. l. 1. q. 7. ar. 1. affirmantur. Men Nau. c. 17. n. 60. Adria. de rest. Dico tamen. Si indigens extremè, est extremè indigens respectu curioſi, licet, ita ut si curioſus non habet, nec alibi habeat, unde illi succurrere posset, non tenetur ad restitutionem acceptam. Verò alibi habeat, licet hic extremè indigeat, tenetur. Est opinio communior. Ratio est, quia illa omnimoda extrema necessitas, omnia illa fecit communia: non verò illa extrema necessitas pro loco, & tempore.

20 QVÆST. Est quis distributor elemosinarum, si est pauper est, potest sine sibi sumere partem, ut illius pauperi? R E S P. Potest sibi, ac suis, si ita indigent atq; alij, semoto scandalo Ita Caiet. 2. 2. q. 32. ar. 9. yl. elemos. §. 1. 6. D. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 9. ad 3. Tabien. ver. elemos. §. 13. Ratio est manifesta, quia nemini officere debet suum munus, uno ex veteri paremia proficere eum quam par est.

21 QVÆST. Est ciuitas obsidione oppressa iusto bello. Et ob id inclusi fame tabescant, peccatne qui illis suppeditat cibum? R E S P. Absolutè affirmat Tol. tract. de pec. mort. c. 3. peccare mortaliter. Mihi tamen distinguendū videtur. Vbi succurro rebellibus intrus clausis, per quos stat belli iniquitas: vel succurro innocentibus, qui æquè ac rebelles, & iniusti repugnatores opprimuntur intrus. Dico igitur. Qui rebellibus iniustis succurrit, peccat mortaliter, qui innocentibus, minime. Opponitur. Illi sunt partes ciuitatis iniustæ, sed obsidentes habent ius ad totam Ciuitatem iniustam opprimendam; ergo iuste opprimuntur. Distinguo maiore propositionem. Sunt partes ciuitatis iniustæ formaliter, nego maiore: obsidentes vero habent ius tantum ad opprimendam fame ciuitatem iustam formaliter, non materialiter; hoc est, ciues formaliter iniustos.

De ecclesiastica sepultura §. 3.

1 Qui prohibetur iniure sepeliri ecclesiastica sepultura.
2 QVÆSTIO. Qui prohibentur in iure sepeliri ecclesiastica sepultura.

[Faint handwritten notes in the left margin, possibly bleed-through from the reverse side.]

ca sepultura? R E S P. In primis hæreticus. *capit. Sicut de hæret.* Notant summistæ *verb. sepultura.* Maiol. *de canonico imped. libr. 3. cap. 13. nume. 132.* Deinde Iudæus, Paganus & alius quivis infidelis mortuus in suo errore *ca. Ecclesiam de consecr. dist. 1.* Maiol. & summistæ *sup. citati.* Tertio. Blasphemus in Deum, aut in Sanctos, qui non vult acceptare pœnas sibi pro tali crimine impostas *iuridicè. capit. Statuimus. de maledicis Quarto.* Mortuus, qui post mortem conuincitur fuisse hæreticus, & in hæresi obiisse inconfessus, & impœnitens: talis enim iterum exhumatus, longè ab Ecclesia sepeliendus est. *capit. Sanè 24. question. 2. Quintò.* Infans filius Christiani ante baptismum decedens è vita. Notat Vinald. *titul. de interd. §. 1. num. 27.* cum Hostiensis, Syluest. & alijs *Sextò.* Omnis ille, qui vivus prohibebatur ab ingressu Ecclesiæ. *cap. Is qui de sentent. excomm. tradunt Syll. & Armil. ver. sepult. Septimò.* Omnis, qui in notorio, & publico peccato moritur. Ita Maiol. Syll. & Armil. *citatis locis.* Gloss. *in capit. Monachi. de stat. monach. cap. Pro obeuntibus 1. qu. 2. ca. Non existimemus. ca. Quibus. c. Quæsitum. 18. qu. 2. c. Placuit. 2. q. 5. c. Quicumque clericus. 23. qu. 7.* quos text. supra dicti Auctores afferunt, adducitq. Vinald. *cit. loco. tenet Nau. ca. 25. n. 132. Octavò.* Sui ipsius occisor. *c. Placuit. 13. qu. 5.* etiam si occidit ob causam honestam. *c. Ex parte. de sepul. si tunc sui cõpos erat, neq; à Spiritu sancto fuit motus, vt Samson Iudi. 16. Nondò.* Publicus vsurarius, in vsurarum peccato mortuus. *c. Quia in omnibus. c. Quanquam de vsuris Clè. Eos qui propria de sepult.* Notat Cardin. Tolet. *li. 5. c. 36. nu. 6.* Et que ipso iure excommunicatus talem sepeliens vsurarium. *c. Quanquam de vsuris. tradit Dor. l. 6. Inst. qu. 1. ar. 1. Decimò.* Qui supra dictum vsurarium in Ecclesia sepeliuit. *c. Quia in omnibus. de sepult.* tradit Maiolus. *li. 3. c. 23. n. 18. Undecimò.* Excommunicatus maiori excommunicatione. *c. Sane 24. q. 2. c. In nostra. de sepult. Clem. 1. de sepult.* Si verò iam sepultus est, exhumandus est, *c. sacr. de sepult.* Hic aut excommunicatus intelligendus est iuxta *Extrana* Martini Papæ. Ad euitanda scandala nominatim denunciatus, vel notorius clerici percussor. Notat Card. Tolet. *lib. 1. ca. 13. numer. 9.* Ratio eius est optima, quia sicut cum alijs excommunicatis vivis communicare possumus, ita etiam

cum mortuis 24. qu. 2. can. sane 1. & cap. Sacram. de sepul.
 Hinc manifesto inferitur, quam sine ratione negatur sepul-
 tura excommunicato minori excommunicatione.
 Summa confess. lib. 3. tit. 17. qu. 3. Sylu. sepulchra in 9. sac.
 Quam quidem iure optimo illi concedunt Innocentius
 sacris. de sepulch. & Arnulphus ver. sepulch. num. 16. cum reliquis.
 Duodecimo. Interdictus publice denuncietur, ca. In nota
 de sepulch. Extravag. Ad vitand. scand. Qui ex malicia leu-
 in anno non est confessus, vel Eucharistiam non sumpt
 in Paschate. cap. Omnis de poen. & remissi. Decimotertio. Pu-
 blicus Ecclesia spoliator, vel incendiarius. Ratio est, quia
 in eo, quo quis deliquit, in eo puniatur, necesse est. cap.
 Quod a viro. 12. quest. 2. Notat Gloss. cap. Neque apud 88. de
 Decimoquarto. Religiosus, qui post mortem probatur
 proprietarius ex inuento proprio peculio. cap. Super quada.
 de statu Monach. Conc. Trid. sessi. 25. cap. 2. de reform. regul.
 Decimoquinto. Laicus negans, & retinens inuita decimas
 Ecclesie. ca. Prohibemus. de decim. Decimo sexto. Quis tor-
 neamentis mortuus est, vel in ijs mortale vulnus accepit,
 ob quod mortuus est ca. 1. de torneamentis. Ita Summa co-
 fess. & Maiolus citati cum Hostiensis, in Rubric. De torne-
 amentis. Quod adeo verum est, ut illi negetur sepultura,
 licet confessus fuerit, & Eucharistiam sumptit ante
 mortem. Notat ex cit. cap. & Doctoribus. Vitald. tit. de
 interdico §. 2. num. 23. Quæ determinatio Ecclesie facta
 est ad terrorem aliorum.

F I N I S.

Laus Deo, & Beatissimæ Dei Genitrici.

Autor ad librum.

Produs in lucem sub luce nascentis aurora primus mei in-
 ny foetus, diuino fato, æternis auspicijs, non consulto, non
 cogitato. Nasceris mundo, nascente orbi. Mulier aucta
 sole, lunam sub pedibus habente, stellis pro corona duodecim mi-
 cante, Virgine, inquam, Dei genitrice, cuius hodiernus natalis
 dicatus est dies. iò. triumphæ, iò. triumphæ: spero fore, ut quasi
 lux splendescere procedas, & crescas: usq; ad perfectum diem.

I N D E X